







16.  
1.  
2.  
22  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11  
165  
\*  
1.





1650.

1. Carpzov, Benedictus : De pignoratibus et hypothecis
2. Carpzov, Benedictus : Dissertatio hist. jur. voti System-  
binialis gravissimi.
3. Mengerlingus, Hermannus Rudens : De rore magali
4. Michaelis, Johann : De morbis et incantatione et  
beneficiis omnibus
5. Noehius, Tobias : De acquisitione bellica
6. Voestell, Theodorus : De contractibus inominatis
7. Muccius, Petrus : De ampliatione juris Delictis
8. Schenckendorffer, Georgius Tobias : De transmissione
9. Wagnerus, Paulus : De dispositione inter Liberos
10. Wirth, Polycarpus : De lege Aquilia
11. Wirthius, Polycarpus : De deposito et requestratione

1657.

1. \* Kueblerius, Johann : Rector academiae Lipsiensis  
vires academicae Johanne Kueblerinae uxori  
consulari exequies Thuro



1657.

2. Born, Johannes: De retracta 11.
3. Carpzov, Benedictus: De iuribus foeminarum singulorum 12.
4. Carpzov, Benedictus: De iuribus foeminarum singulorum  
locis.
5. Carpzov, Benedictus: System generale debitorum, seu  
primis vero belli calamitate et casu fatali  
ad incertam redactorum, ab iniura et rigorosa credi-  
torum enactmente pro observando inter utroque acqui-  
sitio. 13.
6. Herland, Inoch: De arpheda. 14.
7. Mañkischius, Johannes: De maiestate 15.
8. Philippi, Johannes: De crimine (lesae) maiestatis  
divinae et humanae.
9. Puffendorffer, Esajas: De legibus Salicis.
10. Rivinus, Ruden: Viaticum Reginae exotica  
de peregrinacione Majestatis, Marcampis et Pon-  
calis, Myatonisque aliis.



1687,

11. Romanus, Franciscus : De pignoratibus et hypothecis

12. Romanus, Franciscus : De interpretatione legis  
restrictiva.

13. Romanus, Franciscus : De emphyteusi.

14. Praedius, Johannes : Idea boni principis.

15. Gieglerus, Caspar : De testamentis.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





302.

211.

28.  
781

1651, 14

11  
25

Q. D. B. U.  
**IDEAM BONI**  
**PRINCIPIS**

IN ILLUSTRIS ACADEMIA LIPSIENSI,  
PRÆSIDE

VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

**Dn. JOHANNES STRAUCHIO**

Latinæ Lingvæ & Historiarum Professore cele-

berrimo, Collegii Principum Majoris Collegiatio

& p. t. Præposito Dignissimo, Præceptore

Maximo,

EXAMINI SISTIT PUBLICO

**JOHANNES JEREMIAS REUSNERUS,**

Wittenb. Saxo,

*In Auditorio Philosophorum majori.*

Die VII. Junii.

*Horis matutinis.*

*Anno Domini M. DC. LI.*

---

Typis Hæredum Timothei Hönnii.

62





*Magnifico, Nobilissimo, Strenuo, Amplissimo,  
Jurisconsultissimoq; Viro,*

**Dn. JOHANNILEUBERO,**

**ICTo Præcellentissimo, Comiti Palatino Cæsareo  
Splendidissimo, Serenissimo Saxoniae Septem-  
viro à Consiliis intimis:**

*nec non*

*Magnifico, Reverendo Plurimum, Amplissi-  
mo, Excellentissimoq; Viro,*

**Dn. JACOBO WELLERO,**

**Theologo Celeberrimo, Serenissimo Saxoniae  
Septemviro à Concionibus aulicis primariis,  
Confessionibus sacris & consiliis  
Ecclesiasticis,**

*Patronis atq; Promotoribus suis  
optimis maximis,*

**Periculum hoc Academicum sacrum  
nuncupat,**

*& ex obsequio ac officio sistit*

**Eminentissimis ipsorum nominibus & virtutibus  
perpetuo devotus**

*Johannes Jeremias Reusnerus,*

**Autor & Respondens.**





J. N. D. N. I. C.



Ptari boni Principes, quales eunqve tolerari, ma-  
 li vero ac nocentes haud temere damnari debent.  
 Superius illud pietas est alterum æqvū & justum,  
 ultimum verò unicuique religio sit. Si enim ma-  
 ximi momenti res est, cursum rectum in undoso  
 illo mari tenere, & in tantâ fortunâ non abripi  
 licentiæ ventis: hoc quoqve concedendum ac condonandum est  
 humanæ naturæ eorum, cui proprium quasi errare, cujusque fato  
 connexa lex ista tristissima est, ut propè accessum sit aliquando pec-  
 care. Non & illam exsuere illi, sed adhuc homines sunt, quamvis  
 sint supra homines. Eo quod supra homines, omnibus quoqve il-  
 lorum Legibus supereminent. Omnibus majores sunt Principes  
 quod cælo minores, & nemini obstrictis non melius ratio con-  
 stat, ac si nulli reddatur. Non tamen plane nulli; Est namqve Deus  
 Princeps ille supremus, cui cuncta & illi quoqve terrestres Dii pa-  
 rere debent. Eidem & ratio illis reddenda, sed soli. Hoc mino-  
 res sese gerunt quod imperant. Nunquam hîc dememinisse debet  
 Princeps se hominē esse. Posthæc & alia quoq; Principibus personis  
 non in super habēda. Cætera illis statim adsunt, inquit Tacitus præ-  
 stantissimus sapientiæ, unum illud infatigabiliter parandum, po-  
 stera sui memoria. Ut enim nullus locus, nullum tempus est, quo  
 funestorum Principum manes à posterorum execratione con-  
 quiescant, ita bonorum Principum laudes non nunc modo homi-  
 num in ore sunt omnium, sed & per clarorum virorum scripta in  
 æternum vigent, dum astris proximiores redduntur. Haud pa-  
 rum fama illis æstimanda, cujus contemptu & virtutes conte-  
 mnuntur. Cæteris mortalium in eo stant consilia, quid sibi con-  
 ducere arbitrentur: Principum diversa fors est, quibus præcipua re-  
 rum ad salustud & condimentum gestorum referendum. Hæc cau-  
 sa vel una satis moveat, ut & esse & audire boni studeant Princi-

Tacit. Hist. IV. 8.  
 Barclaj. I. con. anim. c. XIII.  
 Lips. in de- dic. ad civil. Doctr.  
 Tacit. I. An- nal. 6.  
 Horat. L. 3. od. 6.  
 Annal. IV. 38.  
 Plin. in Pa- nigr.

A 2 pes-





Plin. L. 3. Epist.  
18.

pes. Utrumque hoc fieri solet, si bene Rempublicam & ex utilitate regant. Nobis nunc sedet animo Idem quandam Boni Principis ex Politicis quibusdam notis & variis variorum Regentum exemplis ob oculos ponere, atque in eam velut in speculam lumen ostendere, quod olim secuti & non secuti fuere non nulli. Optime namque sub exemplo Principes praemomentur, quae potissimum viae possint ad gloriam niti. Quod ut arrogantiae nihil plane, ita magis eo utilitatis habere videtur, si vel maxime id saltem attendas, quod ad me, meique ingenii exercitationem facere minitatur. Quae res ab hac aetate nostra haud aliena, sed omnino ei concedenda: si quidem hoc non praecipere est, qualis debeat esse Princeps, quod Plinio teste, pulchrum quidem, est onerosum ac prope superbum, simul & remotissimum ab ejusmodi annorum paucitate: sed laudare potius optimos Principes, & revolvere ea, quae hinc inde in multorum laudem posteritati relicta inveniuntur. Haec itaque ut ordine pertractentur, sequentia necimus Capita.

## CAPUT. I.

### DE INGRESSU IN PRINCIPATUM.

I.

Duplex illegitima ad summam Potestatem via: Fraus & Vis, Exemplum Fraudis in semiramide, Lesco, & Dario Lips. Civil. doctrin. L. 2. c. 3.

Tacit. Hist. L. 57.

Quemadmodum duplex potissimum semita iusta est, quae ad solium illud Regium ac plane Divinum, id est, summam in Republica potestatem ascendere datur: SUCCESSIONEM puta & ELECTIONEM; ita quoque adulterinus modus generatus est capessendi Imperii, FRAUDULENTUS scilicet ac VIOLENTUS. Ejusmodi verò Imperium unius intellectum volumus quod moribus aut legibus delatum sit, susceptum gestumque parentium bono. Illas jam controversias, quae ultrò se nobis hic offerunt, non attingimus: An potius vir an Foemina praesse Imperio debeat? Utrumque enim exempla concedunt, prius verò rationes evidentissimae evincunt. Successionem, an Electio praesferenda? Ubi & nostra praecedenti stat sententia, quoniam minore discrimine sumitur Princeps, quam quaeritur. Nisi forte singularem quis spectet Rempublicam, ubi Leges aut mos patrius aliud suserint: contra huic enim



enim torrentem quivis temerè brachia jactaverit. Eò tantum con-  
 tendimus, ut ostendamus illum optimum esse Imperii statum, ubi  
 non Fraude ac Vi Princeps sumferit fasces, sed vel nascendi forte,  
 vel suffragiorum consensu summam rei adeptus fuerit. Ultra has  
 enim vix alia rectior via est. Rejicimus proinde illas occupatione  
 vulpes, quales in primâ statim Monarchiâ Semiramis nobis offer-  
 tur, quæ ut quidam docet, virilem sexum mentita est, ut pro Ni-  
 nyâ filio suo, cui ipsa perquam similis erat, haberetur, adeoque  
 regnaret. Sive ut alii volunt Marito insidiis circumvento, dum  
 in dies quasdam sceptrum exoraverat, in omnem vitam retinuit,  
 illo necato. Nec probamus admodum, quod Lescus quidam Po-  
 loniæ Princeps fecit ut ad Regnum perveniret. Cùm enim de-  
 functo Rege Premislao omni ambitionum difficultate in compen-  
 dium missâ, inter prensatores aliquot conventum esset, ut qui pri-  
 ore qui volatu metam erectam attingeret, rerum potiretur: hic  
 fabulo ferreos murices acutissimos clam iussit immisceri, quibus  
 alii quorû equi Gentis illius more soleas nullas habebant, impedi-  
 rentur, & ipse, qui calceaverat equi sui pedes, reliquos ante verte-  
 ret. Quem in modum fermè Darius post Magos trucidatos Re-  
 gnum accepit, dum arte & stabularii sui consilio hinnitum equi  
 excierat, quo quasi augurio quodam futurum Regem indagare vo-  
 lebant. Non fraude Imperium, sed laude, non callidè, sed candi-  
 dè invasum laudabile & firmum est. *Nulla enim unquam scelere qua-*  
*sita potentia diuturna.* Nec finem sortita felicem. Illam namque  
 astutam mulierem à filio trucidatam ferunt, cum concubitum pe-  
 tiisset. Hic verò qui strategematem expedire constituerat, tech-  
 nâ palam factâ in medium protractus, à reliquis convictus, da-  
 mnatus discerptusque est.

Justin. L. 1. c. 2.

Justin. L. 1. c. 10.

Curtius L. 4.

II.

Nec vi expugnata Regia tuta satis, sive aperta, sive resecta nonni-  
 hil. Illa namque quamvis recti speciem & belli jus rigidum præ-  
 se fert, nihil aliud tamen nisi spoliolum ingens est, quod à Magnati-  
 bus exercetur. Ea tamen bella excipimus, quæ à legitimis per-  
 sonis justam ob causam, bonâ intentione ac modo geruntur. *Sunt*  
*enim & belli sicut pacis jura: justeq; ea non minus quam fortiter geri de-*  
*bent.* Justa verò quæ sint jam recitata descriptio monstrat. Nam  
 quod

*Vix remobetur  
 priorem illa  
 quæ presens in  
 bello. Extempl.  
 Nini & Ale-  
 xandr. M.  
 Lib. L. 5. c. 27.*





quod ex eventu iudicium sumere vells, probari nobis haud potest. Aliquando quidem est eventus belli velut æquus iudex, & unde jus stat, ei victoriam dat. Id tamen non ita perpetuum ut regulæ locum sustinere queat. Careat successibus opto, Quisquis ab

*Obid. Epist. 2.*

*Heroid.*

*Justin. L. 1. c. 1.*

eventu facta noranda putat. Ninus in I. Monarchiâ talem acqvirendi modum secutus est, qui primus intulit bel- la finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos terminos usq; Lybiæ perdomuit, adeoque veterem illum ac quasi avitum gen- tibus morem novâ Imperii cupiditate mutavit, quæ tueri magis Imperii fines quàm proferre solebant. Hunc deinceps alii secuti sunt, qui Regiam esse laudem de alienis certare duxerunt, quos omnes inter velut ignes Luna minores micat Alexander ille Ma- gnus, qui amplo licet Regno, Macedonum videlicet, nascendi sorte potiretur, hoc non contentus Persicum totum Imperium in nume- ris ad se traxit victoriis, & quicquid est fere terrarum ad orientem

*L. 10.*

*L. 1. de Benef.*

*c. 13.*

solem, velut ex Asia in Europam transportavit. Hinc Lucano feli- cissimus terrarum prædo dicitur, & apud Senecam gentium vasta- tor, hostium pariter ac amicorum pernicies, audit. Verum quo- modo potentia tanta dilapidata fuerit, omnes norunt, non enim hæredes ei successere ex ipso nati, sed Duces ad quos nullo hære- ditario jure spectabat Imperium, qui & ipsi totam familiam ejus exstirparunt, ipsum verò, ut fama fert, veneno intercepe- runt.

*Justin. L. 12. c.*

*13. Curtius. L.*

*10.*

III.

*Deinde & illa  
q̄a pressa non  
nihil: Exemplo  
Romuli. Targ.  
Superb. C. Cali-  
gul. Otthonis.  
Vitellii & Ves-  
pasian.*

Hæc altera clandestina vis, quæ per cuniculos rem aggreditur ple- rumque vel manus addit violentas, vel veneno, vel aliis occultis quibusdam technis rerum potentes è medio tollit, deterior illâ jam recensitâ est, nec ullo velamine regi aut excusari potest. Si- cut enim ibi cuncta aperte aguntur, quæque malè, ea optimè geri creduntur, ira hæc agnoscit quidem quod crudelis, quod impia ac illicita sit, vincitur tamen à flagrantissimo dominandi æstu, qui rapere mavult quàm fatum opperiri, quo Principatum dari Ves- pasianus asserbat. Romulus Romanæ Monarchiæ conditor su- um interfecto fratre Imperium stabilivisse creditur. Cum enim, augurio explorato, de præ eminentia alterearent inter se, Remus ictu fratris succubuit: seu ut vulgatiores fama est, cum irrisisset val-  
lorum

*Sveton. in Vesp.*

*Lib. L. 1. c. 1.*

lorum



lorum novæ Urbis angustias jussu fratris occisus est. Jisdem ur-  
 bis Romæ initiis ultro alienâ cœde ad Imperii fasces adspiravere  
 permulti. Tarquinius Superbus è curiâ præcipitem dedit Servium  
 prædecessorem suum, ut ipse supremus fieret, sive missis percusso-  
 ribus rapere avitum Regnum, quam expectare maluit. In pro-  
 gressu Imperii hujus, Tiberius non tam liberè quàm coactè morta-  
 litatem explevisse dicitur, quam coactionem Cæsar Caligula vel  
 veneno attulit lento & tabifico, vel opprimi senem injectu multæ  
 vellis permisit, ut citius eo finiret, nec forte resurgeret jam mori-  
 bundus, quoniam vocem & visum, redire Tiberio asserabant. Re-  
 liquorum ferme nemo unus siccâ morte excessit, ita ut alter alterâ  
 sede turbaret. Sic Galba VII. Imperator unâ cum Pisone quem  
 in Imperium adoptaverat, ab Otthone interfectus, qui seipsum ad-  
 optabat, quoniam à Galbâ negligebatur. Ottho demum ipse Vi-  
 tellio post multas seditiones atque discordias superatus. Hic ve-  
 rò Vitellius à Vespasiano, vincis pone tergum manibus, laniatâ  
 veste, fœdum spectaculum, in luto per plateas tractus & tandem  
 occisus est. Ita nimirum auferre, trucidare, rapere falsis nomi-  
 bus Imperium seculum fuit illis Tyrannis magis quàm Principi-  
 bus, turbatoribus potius quàm curatoribus Republicæ, quos tanta  
 ejus capiendæ invaserat libido, ut quibus assequerentur mediis,  
 dum Regnum sibi pararent, haud quicquam pensi haberent.

IV.

Hactenus in genere tantum modos quosdam illegitimos sceptri  
 parandi vidimus, Vim & Fraudem: nunc speciatim rectis illis  
 ad mixtos libabimus eosdem, adduis aliis his quasi adnatâ  
 vel pravis vel etiam idoneis. Præmittimus illum gentilem  
 honorem, ubi Princeps è Principe nascitur. Illud quævis for-  
 titum sit & nunquam fallere posse videatur, si certus quidam qui  
 imperet adsit, at tamen nescio qui fiat, ut & circa hunc insidiæ sce-  
 leraque occupata sint. Id causæ interesse minatur, quod non ni-  
 si natu majores legitime in Imperio succedant. Hinc reliquorum  
 fratrum tanta invidia in illum, ut hanc ejus felicitatem pari dolo-  
 re ac suas injurias meriantur. Id namque in seum natuâ mortali-  
 bus, ut alienam fortunam, imo & fratrum ægtis oculis intrōspi-  
 ciant. Hoc tamen nil obstante omnino primogenituræ ratio ha-  
 betur, quæ, ne multorum fratrum in unâ Republ. Imperium ori-  
 atur.

*Flor. L. 1. c. 1.*  
*Sveton. in Ti-  
 berio.*  
*Tacit. Annal.  
 VI. 50.*  
*Tac. Hist. I. 41.  
 42. 43. & c.*  
*Sveton. in Ot-  
 thon.*  
*Tac. Hist. II.  
 54.*  
*Sveton. in Vi-  
 tell.*  
*Tac. Hist. III.  
 85. 86.*

*Speciales quæ-  
 dam artes in  
 successione rei  
 probata, si a-  
 perta Exemplo  
 Abimelech, Per-  
 seu. Fraude, ubi  
 simulatio  
 corporum Se-  
 miramidis ma-  
 gi, Pseudo Dru-  
 si & Neronis.*





atur, aut dividatur magno cum damno vis unita, præcaveat. Illam tamen alii oppugnantes fratribus germanis hunc honorē vi simul cum vita ademēnt, Id quod Abimelch præbuit exemplum, immane penitus est, septuaginta fratres uno die super unum lapidē, *Judic. IX. 5.* ut scriptura loquitur, immolando. Fratri admodum infensus Perseus ille Alexandri successor, illum falsā criminis accusatione apud Patrem intercipi veneno curavit. Cujusmodi exempla quā plurima Belgarum Seneca in *Monitis & Exemplis politicis* adducit. Huic successioni & crassa illa Personarum simulatio infesta est, ita ut ex Personæ similitudine & formæ æqualitate occasione raptā, alius pro legitimo se venditet successore. Hac arte Semiramidem eluisse subditos supra docuimus, eādem Magus quidam Smerdis, Justino Oropastes dictus, Cambysi Cyri filio Mergidis loco, ut frater succedere conatus est. Pseudo, Driusum & Neronem, in Tacito omitto, ad Lipsium item remitto plura appetentem, qui uberior hac in re supra citato capite. Multi verò, imò omnes qui per ejusmodi facinora vim suam munitam voluerunt vi suā corrūere, durareque diu haud valuerunt, quod neminem qui illas historias perlustrat fugere potest. Semiramis filii vindictam sensit. Abimelch lapide à muliere misso percussus gladio servuli lentam mortem festinavit. Perseus à Romanis magnā cum ignominia in triumphum ductus in Carcere miserimè periit.

V.

*Quedam in Electione, tam bi* In Electione quoque cuniculos quosdam adhibitos esse advertimus ab iis, quos ingens sceptri parandi cœperat cupido. Quidam sibi metipsum optimè suffragati sunt, convocatāque ignobili turbā eligere se cœperunt. Quo strategemate Adonia Davidis filius Salomonis electionem prævenire conabatur. Alii in ipso Electionis actu suffragia vi expressere, quo pacto Petri successorum aliquis, (si Diis ipsorum placet) Balthasar Cossa, Cardinalis & Bononiæ Episcopus, socius electionis Papalis ab excessu Alexandri V. factus, ingenti armatorum agmine stipatus accessit, omnibus horrorem incutiens, nisi sibi acceptum quendam eligerent. Ubi post multos demum lectos, quorum cum nullus ad palatum esset, ipse Pontificiam togam sibi metipsum aptans his verbis Electionem consummavit: *Ego sum Papa.* Cui ut cœteri assentirentur vi coacti Johannem

XXII



XXIII eum nominavere. Alii demum quò vi pertendere non poterant, *asellum auro onustum* misere: quo nomine Romani plerique Imperatores clari, adeo ut Romæ quondam cuncta venalia fuisse satis ex Sallustio vel uno constet. Augustum testatur Tacitus sub Imperii sui initia *militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine omni pellexisse*. Erat enim id singularis artis ut eos largitione corrumperent, penes quos simul & vis magna & præmio cuncta pervia essent. Talis erat miles tum temporis, qui in *sua manu Rempublicam suam gloriabatur*, & cui item dulcissimum erat accipere. Hinc Neronis nomine militi donativum additum ad studia eorum acqvirenda, dum Magistratus adulationes apud Cæsarem obtinuerant, ut ille vigesimo ætatis anno Consulatum iniret, atq; interim designatus proconsulare Imperium extra Urbem haberet ac Princeps Juventutis appellaretur: donec mortuo Tiberio castris illatus promisso donativo ad exemplum Paternæ largitionis Imperator consalutaretur. Parili modo Octho Serviũ Galbam, *qui legere militem quàm emere malbat*, deperditum dedit. Is enim nobilissimum quemque ingenio aut pecuniæ indigum & in novas cupiditates præcipitem alliciendo eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii, quotiens Galba apud se epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret, quam deinceps velut publicam largitionem ille secretioribus apud singulos intendit. Porro speculatores sive satellites pretio promissisque oneravit, datâque pecuniâ ad pertentandos pluriam animos eò progressus est, ut ab iis Imperator consalutaretur publice. Hi omnes egregii fuere corruptores, clari exinde, quod ex cupidine summa apiscendi luxu & largitionibus regno parando promissi fuerint. Tot verò iniquitates quasi singulæ gangrænæ quibus obnoxia Electio est, in eam trahere sententiam quemquam possent, ac si potius omnis Electio improbanda esset tanquam noxia Republicæ. Quod tamen minimè admitti debet, cum omnia hæc faciliè præcaveri ab Eligentium industriâ possint. Quin & hoc ad Regiam ducens iter, vel in ipso ascensu intercipitur, uti in Adoniâ apparet, aut si periret, exitum tamen minus felicem sortitur, qualem Nero qui ut vulpes intraverat ut canis exiit, impressoque gladio jugulum suum hausit.

Cic. ad Attic. Epist. II.

Annal. I. 2.

Annal. I. 316

Annal. XII. 69

Annal. XII. 41

Hist. I. 5.

Hist. I. 24.

Hist. I. 28.

B

Sine





De geminâ illâ  
justâ capiendi  
Principaturâ  
tione. Ac quâ  
dem i. de suc-  
cessionem eiq. ad  
herente ado-  
ptione cum e-  
xemplis, cui suc-  
cessio testamen-  
taria & ab in-  
testato accedit.  
Senec. Theba-  
id. act. IV.

Civil. Doctrin  
L. II. c. 4.  
Schönborn. L.  
II. c. 9.  
Adamus Con-  
tzen. L. I. Polis  
c. XXV.  
Machiavellus  
in Principe c.  
2.

Föster in Hi-  
stor. Jur. civil.  
L. I. de Regn.  
Trojan. L. c.

Annal. L. 3.

Sicuti verò nullum Imperii fortius firmamentum quàm civium amor & suorum benevolentia, quoniam frustra est, stipari satel- litum prolixo agmine si hac septus non fuerit Princeps; ita quoque nihil magis noxium illi, quàm odium & invidia eorum qui sub- sunt. *Invisa nemo Imperia retinuit diu*; sapientissimus Romanorum e- nunciatur. *Invisa vero redduntur*, si flagitiis variis ac malis artibus, multorum sanguine & interitu acquirantur. Quare optimâ viâ initum Imperium optimè geritur, optimè conservatur, optimè ac- sero demum finitur. Damnamus proinde omnia illa viarum com- pendia flagitiosa magis quàm æqua, & ad rectam nunc viam pro- gredimur; quæ uti ab oppositione contrariæ semitæ maximè per- spicua reddita est, ita breviter modo examinanda nobis erit, qui non tam hujus positione, quàm illius remotione laudabilem in- troitum in Principatum declarare volumus. Recta vero duplex via est *Successio & Electio*, ex quibus priorem illam ut potiorem ac nobis plurimum æstimatam priori quoque loco pertractabimus. A- nostro Iscano Sapiente nobis ita describitur: *Gentilis bonos ubi Prin- ceps à Principe nascitur*. Optimus ille modus si Principem respicias, uti Electio si populi libertatem. Est enim horum & major auto- ritas Principum è Principe natorum, ac minus iis incumbit labo- ris atque difficultatis; sufficit namque ad minimum ne modo mayo- rum suorum instituta transgrediantur, atque deinde tempori ad re- rum novos casus inserviant. Adde quod & antiquitate gaudeat, si- quidem omnia & Assyriorum, Chaldaeorum, Ægyptiorum, Medo- rum, Persarum Regna hæreditaria fuere. Imo & Heroica, quæ vo- cant, tempora si respicias, Trojanum Regnum tale fuit Albano sive Dardano autore, Atheniensium Erichonio Vulcani filio, Sparta- norum item, Heraclidarum & Corinthium. De quo Contium vi- dere poteris. Et si novissima ejus exempla velis, non desunt; suc- cedunt enim hodie Galli, Dani, Hispani, olim quoque Scoti et Angli. Successioni cognatam accepimus adoptionem, quæ in Regiâ pariter ac privatâ familiâ usum obtinuit. Ita Tiberius adoptione ad Imperium evectus est ab Augusto, qui liberorum numerum *clissi- bus & Regionibus præferebat*: metuens scilicet ne orbitas sua in con-

ten-



rentum sui cederet. Hunc idem imitatus Tiberius ipse adoptatus iterum Germanicum familiae Augustae adjunxit, atque sic ordine ad Neronem usque, ultra quem inter Claudios Patricios nulla adoptio fuit, quae ab Atto Claudio continuaturaverat. Post haec tempora Nervae adoptio clara est, qui Trajanum, nec minor Justinii Imperatoris qui Justinianum adscivit. Qui adoptandi ritus omnino legitimus, quoniam naturam imitatur, & olim quoque cum Roma adhuc libera esset per Praetorem aut Populum fiebat comitiis curiatis, ubi illud Adoptio, hoc vero Arrogatio dicebatur. Postea tamen per Imperatorem idem gestum, quod tum & jam civitatis exemplis, tum quoque ex illustri Galbae adoptione apparet, qui Pisonem transactis comitiis sibi successorem in Imperio constituit. His omnibus alia quoque succedendi genera adjungi possunt, puta cum quidam vel ex testamento & extra ordinem vel ex jure Pactorum inter familias succedunt, quae summi Imperatoris consensu stabiliuntur & Confraternitates nominantur. Earum exempla ac requisita videri facile possunt apud Magnif. Dn. Ordin. Carpz. tractatu de confratern. Henon. in disput. Polit. III. § 35. Otthonem in Jur. Public. C. 160. Vel demum ab intestato & tamen legitime, ut jure Donationis & connubiorum.

VII.

Nunc ad illos descendimus, qui spreto natalium jure suffragiis designantur. Hic non minus honestus Imperii capessendi modus adeo ut & a quibusdam Successioni preferatur. Et largimur ambabus manibus, si tantum Populi spectes utilitatem cui iste loco libertatis est. Potest enim certis legibus adstringere quem eligit, ita ut rescindere contractum liceat, si ad deteriora inclinet electus. Celeberrima verò horum Electio est, quorum virtus suffragia extorsit quasi. Religiosus ille Numa Pompilius hac ratione inter septem priores Romanorum Reges numeratus est, quem ut Florus habet, Curibus Sabinis agentem ultro petivere ob inclam ejus Religionem Vix aliter ille, qui ei successit, Tullus Hostilius, cui in bonorem virtutis Regnum ultro datum. Illum Religio sua, hunc virtus in altum sustulit. Omitimus nunc ob exemplorum abundantiam cuique obviam plura adducere, sunt enim & gentes quaedam, quibus mos est per suffragia sceptrum deferre, uti Pannoni, Sarmati

ex Curtio L. VI.

Tacit. Annal. XII. 26.

A. Gell. Noct. Atticar. L. 5. c. 19.

Tacit. Hist. I. 15.

Schönborn. L. 2. c. 18.

in auctoribus & Locis supra citatis.

I. de Electione, cujus Exempla quaedam & cautela nonnulla exposita Lipsi L. II. c. 4. Tac. Hist. I. 15.

I. I. c. 2.

c. 3.





*Boetij. Icon. XIII.* mati & nos quoque Romani. Et sunt ferme sicut cujvis nationi,  
 ita & Principibus illis vel nascendi sorte vel suffragiis evedtis ad  
 Imperium, diversi genit ac sensus, quos ille Satyricus in icone suâ  
 capite citato, & Machiavellus in Principe observarunt, quæ sacra  
 Imperii quasi Numinis cujusdam consilia intacta relinquimus.  
 Illos commemorabimus qui suo exemplo præclarum quid ac ob-  
 servatu dignum post se reliquerunt. Germanicus sane docet non  
 promiscuè quamvis sui Electionem admittendam esse, dum hanc  
 in Militum suorum seditione respuebat, quam contra omnium a-  
 liorum ac civium voluntatem futuram esse sciebat. Non enim,  
 ex omnibus modo, sed & ab omnibus eligi debet, qui imperaturus  
 est omnibus. De Trajano Plinius prædicat, illum *recusare & cogi*  
*bene olim Imperaturo fore existimasse:* hinc illud promanat, quod li-  
 cet legitime Deum hominumque consensu ad Imperium vocatus  
 sit Princeps, non tamen plenis quasi velis ad illud contendat ac  
 quasi irruat, ne ambire sceptrum videatur. Medium tamen in hoc  
 tenendum esse ratio svadet, ne excedamus *ac specie recusantis fla-*  
*grantissime cupiamus.* Quæ simulatio Tiberio admodum arrisit,  
 Blæso quoque cum Procos. Africæ legeretur, & Syllæ *Segniæ simu-*  
*latori dum temeritati locum reperiret.* Hi laudantur qui suscipiendo  
 servant Imperium, & suscipiunt servando. Aeterni illi Epaminon-  
 dæ imitatores, quibus recusantibus imperia ingeruntur, quia ita  
 moderantur illa, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi di-  
 gnitati videantur. Ex Electione ut furculus quidam minor pullu-  
 lare solet sortitio, quam ut spuriam & fortuitam ac indignam,  
 tanta majestate rejicere nonnulli audent: quos nos in totum haud  
 seqvitur. Si namque Electio uno plures, eosque genere, virtuti-  
 bus ac opibus pares invenerit, quis sortitionem adhibendam esse  
 repugnet? Sacra testantur Saulem hoc modo Regnum obtinuisse.  
 Vastum Alexandri M. Imperium inter Duces ejus forte divisum  
 esse prodidit Justinus, nec ulla ponderis cujusdam ratio prohibet,  
 quominus in certis casibus electionis difficultatibus adimendis  
 adhiberi queat, præprimis cum illa ejus quasi legitimatio quædam  
 accedat ex sacris literarum pandectis: *Sortes in sinum mittuntur,*  
*Dominus vero dirigit.*

VIII, Vidi-



Vidimus abunde hactenus & injustos & justos ad summum ascendendi fastigium modos cum exemplis suis, quorum priorum turpitudine ut ipsam prodir, ita deterrere facile unumquemque ab æmulatione poterit. Quicumque enim bonus haberi Princeps vult, bono rectoque calcat pede regiam viam. Natura quidem mortalium avida Imperii est, ac velut jam pridem insita videtur mortalibus potentia cupido, verum hac compescenda & in melius mutanda est. Exstingvendus hic affectus cunctis flagrantior, cui nihil est medium inter summa & precipitia. Auferendæ sunt causæ hujus, largitio & luxus, quæ intus summa apiscendi libidinem creant, quin & industria & vigilantia noxia, quoties parando Regno finguntur. Hæ Catilinam instigarunt ut vasto animo immoderata, incredibilia ac nimis alta semper cuperet, hinc & interitus ei, & summi animi summa perniciēs. Infeliciter versus illos Euripidis in ore gessit Julius Cæsar: Nam si violandum est jus, Regnandi gratiâ violandum est, aliis rebus pietatem colas. Erat namque & ejus animo insita potentia cupido, quæ cum Imperii magnitudine adolevit, sed miserè simul cum ipso exstincta est. Alitè deprædicat Germanorum Chaucorum hæc in re continentiam maximus scriptorum Tacitus his verbis; Chauci populus inter Germanos nobilissimus, quiq; magnitudinem suam malitè justitia tueri, idq; precipuum virtutis ac virium argumentum est, quod ut superiores agant, non per injurias assequantur. Optimo cuique Principum hæc virtus propria est, qui optimum Imperium æque bene administrare vult, ac pari felicitate finire. Exulat ibi Pharasmani animus, cui cupido Regni fratres & filia potior, virtutibus infensus, sceleribusque paratus erat, inhabitat probus ac pietati deditus, qui carere Imperio, quàm vi ac arte illiberali potiri eo malit, solâque virtute potestatem emit.

CAPUT II.

DE PROGRESSU IN PRINCIPATU.

I.

Verum

B 3

789  
 Conclusio hujus  
 capituli forma-  
 tur notaturq;  
 ab idus Imperii  
 animus in Ca-  
 tilinâ & Julio  
 Cæsare;  
 Salust. Ju-  
 gurth.  
 Tac. Hist. 11.  
 38.  
 Annal. XV. 53.  
 Hist. 11. 74.  
 IV. Annal. 1.

Cic. Offic. III.

Tacit. in Ger-  
 man. c. 35.



*In Progressu I-  
nitius media,  
mediis finis re-  
spondeat, secus  
fuit in Tiberii,  
Claud. Neronis  
& Judæorum  
Regum Imperio  
L. II. c. 5.*

*Tacit. Annal.  
I. 7.*

*Annal. I. 4.*

*Annal. XIII. 11*

*Senec. L. II. c. 1.  
de Clement.*

**V**erumenimero satis non est tanti muneris laudabilia ca-  
pere primordia tantum, & viæ regiae haud obliquas terere  
semitas, sed perdurandum in illâ bonitate, tenendusque  
constanter trames augustus, verus ac minus erroneus. Nec  
dicis gratiâ geminata verba hæc notat Lipsius in antea recitatâ  
definitione, *Gestum Susceptumq;*. Sunt enim qui suscipiant rectè, nō  
æque bene gerant ac finiant. Illi demum boni qui & initio & me-  
dio & fine suam testantur bonitatem. Hinc Abdolominus miræ  
frugalitatis homo ad Sidoniorum Regnum destinatus optavit, ut  
quâ modestiâ inopiam tulerit, eâdem & sceptrum pati posset. Præ-  
clari impetus quidem laude non carent suâ, inchoare magnificè,  
sed nî pertendas nobiliter quæ coeperis, veræ magnæque virtutis  
auferre titulum non poteris. Non regimen Tiberii bonum quod  
initia bona videbantur, quando adoptione speciosâ gloriaba-  
tur, cunctaque per consules incipiens tanquam veterem Republicâ  
& ambiguus imperandi, optimum optimi Principis exemplum  
præbere minitabatur. Sed omnino rectam quorundam de illo ju-  
diciam, multa sevitæ indicia esse, quæ quamquam premerentur,  
eruptura. Idem de C. Nerone sensus: haud admodum celebratur il-  
le, quod modestiam præferens simulatam, Collegam Antistium  
temporis COS. in sua acta jurare prohibuerit, cum reliquus  
Magistratus juraret, aut quod Clementiam ostentans crebrisque  
orationibus eam obstringens Plautium Lateranem ob adulterium  
ante hac remotum senarui redderet, sive quod validiori obtutuper-  
egit, cum capitis cujusdam damnati sententiæ subscribere debe-  
ret, dixerit: *vellem nescire literas*. Ita ille abditam in pectore crude-  
litatem abscondere calluit, ut ipse Seneca hoc motus Clementi-  
am interpretatus de eo insignem, librum de Clementia scripse-  
rit, idque in virtutibus ejus commemorarit. Postquam vero quin-  
quennium istud absolvit, à cuius integritate multi alii Principes  
absunt, diu meditata scelera non ultra distulit, sed effudit eo ve-  
hementius, ut aquas diu compressus aer solet. Hoc modo aliorum  
complurium bonitatem, quam primordia ostentabant, pro-  
gressus mutavit in pejus, quorum non profana modo sed & Sacra-  
rum historiarum monumenta insignem produnt numerum,  
præprimis illos judæorum Reges, Sauri, Osiam, Amasiam, & alios.  
Nimirum ut Lucanus cecinit:

Sicut



Mitissima fors est

L. 8.

Regnorum sub Rege novo.

Sicut enim post malum Principem dies primus optimus esse solet, postquam excusso jugo gliscere libertas subditos penes inceperit, dum de futuro optima quæque ominantur, ita & ingressus Mali Principis non raro speciosus, qui virtutum famam utilem esse novum Imperium inchoantibus edocti: Bonus vero qui revera est & initio & medio & fine talis esse studet, eaque arte, scilicet bona, qua aptus Imperium, illud quoque exercere studet.

Tacit. Hist. IV.

42.

Hist. IV. 63.

II.

Nihil vere bonum, nisi quod virtuosum, nec malum, nisi quod a vitiis: Si itaque Princeps bene quoque Rempublicam gubernare volet, variis virtutibus instructum eum esse, necesse est. Quoniam vero tot virtutes non Principi modo, sed cuivis mortalium bene convenient, quot ferme hominum actiones excogitari possint, curiosum esset, cunctas inquirere, & forte accideret, ut dum minuta quæque scrutamur, præcipua transmittamus. Hac itaque methodo, quâ progressi initio sumus, hic quoque pergere constitui- mus, atque per remotionem ejusque exempla, & quid deceat, quid- que minus Principem, ostendimus: Taciti nostri monitum secuti, usu probatum esse, leges egregias exempla, honesta apud bonos ex de- lictis aliorum gigni. Ante omnia illo colore imaginem nostram ini- riatam volumus, eique quasi fundamentum omnium tincturarum adjudicamus Pietatem. Hanc uti ad omnia utilem, ita hic utilem non modo, sed penitus necessariam duco illustri Personæ, & tan- quam angularem lapidem cæteris virtutibus superstruendis sup- pono. Ut enim primitivo colore corrupto reliqui colores defor- mantur, & ut fundamento concusso ruit quicquid superstructum est, ita & hic omnes aliæ virtutes labascunt aut certe non atten- duntur, hæc si absit.

Requisita Vir- tutes: Prima, PIETAS.

Annal. XV. 28

III.

Eam itaque Lipsium, secuti, in Sensum & Cultum dispescimus. Hic ita habet in Civili suâ Doctrinâ: Illa est, sc. Pietas: Rectus de Deo sensus, rectus in Deum cultus. Quid verò de Deo sentire debeat, ipse brevibus lineis atque paucissimis ostendit, nec opus est ut ac- cersamus, præsertim cum tam latè radios suos jam sparserit Evan- gelii

Hæc divisio in Sensum & Cul- tum. Ille corru- ptus fuit in Pharaone, Ee- gato Demetrii





*Juliano Apo-* gelii lumen, ut neminem latere possit quid scire aut credere debeat.  
*stata & Fride-* mus. Neq; ad hanc incudem commodè vocari videtur quare illud  
*rico II. L. 1. c. 2.* sit quod sentiat, de quo merito omnes tacent Politici, cum & alias  
non ille princeps tantum sit qui dextrum judiciū de Deo fovet, sed  
& qui sinistrū, is tamen boni Principis munus obire vix poterit in-  
ter Christianos, qui vel nihil noverit de summo Numine, aut qui  
sciat, scire tamen noluerit, ita ut contemptor ejus & negator existat.  
*Exod. 5. 6. 2.* Cujus mali exemplum Sacer codex subministrat & quidem primum  
illud omnium Pharonis, qui his verbis scēpius Mosen allatrat:  
*Quis est Dominus ut audiam vocem ejus & dimittam Israhel, nescio illum,*  
*nec dimittam populum ejus.* Imprudentem ac plane impiam ejusmo-  
*II. Maccab. 15.* di quæstionem eructavit Demetrii Syriæ Regis Princeps aliquis  
missus ut Judæos debellaret, judæis his itaque recusantibus ob Sa-  
bathi præsentiam, objecit num esset in cœlis Deus, qui Sabbathum  
celebrari jussisset, & asserentibus hoc respondit: *Ego verò alter sum.*  
*Deus in terris; qui præcipio sumi arma & Regis mandata impleri.* Nec  
id ab Ethnicis caligine summa obrutis factum adeo miremur, id  
potius notemus, quod & alii post Christum natum ac deprædica-  
tum exstiterint, qui ipsam ludibrio habuerint atque ut fabulam  
citarint ejus memoriam. Quorum facile primas Julianus Apo-  
stata, qui Christum percontumeliam Galilæum appellavit & con-  
tumeliosè dicta ejus interpretatus fuerit. Idem Mosis historiam  
*Lips. in Mon. &* non magis veram esse dixit ac Homeri fabulam. Contremisci-  
*Exempl. c. 4.* mus non immerito talia enumerando & facta ejusmodi cum præ-  
miis contendentes reperimus idem supplicium ipsis paratum esse  
quod illorum autori Diabolo, cujus propria virtus superbia, quæque  
eadem mater ejusmodi blasphemiarum esse solet. Ejus autem ut  
diximus manum sentient, quem læserunt, absit tamē ut svadeamus  
cum illis Sanctissimis nihil minus quam sanctis nostras quoque ad-  
movere, si nobis talis contigerit Magistratus. Illi omnes hæreticos  
tyrannos, nec homines, sed bestiis similes judicant, & illos contra  
tanquam hostes, subjectos concitant. Perversa doctrina, quæ Di-  
vina pariter ac humana pervertit jura. Anne à Deo summa Pote-  
stas est, cui ipse Deus dare jubet quæ sunt: Quod enim Religio  
præsens ac vera non constituit, id absens illa sive errone adirime  
haud potest. Manet ergo Magistratus, & Impius talis, nobis verò  
subdi-



subditis eorum impietas ferenda est & toleranda ut omnia reli-  
quæ naturæ mala ac infortunia.

IV.

Ad Cultum nunc transimus, postquam sensum vidimus: Il-  
lum Lipsius nobis ita describit: *Est cognitio Numinis veneratio, ceteris  
legibus ceremoniisque devincta.* Uno verbo Religionem dicere amat,  
quæ vitam constare ajunt, nec non Rempublicam Politici. Hanc  
unam in eâ retinendam & defendendam docet Lipsius, no-  
vatores quoque si turbent palam publicum statum, nec sine scan-  
dalo, puniendos censet, ne forte Princeps ipse pro illis puniatur.  
Quanto magis Principem decebit latum hac in re spatium  
exemplorum præbere subditis atque ostendere, *Primum esse cu-  
rationem rerum Divinarum.* Ideoque minime laudandi, qui liberum  
sibi in sacra jus vendicârunt, atque etiam aliarum gentium Numina,  
quàm propria insuper habuerunt. Quemadmodum apud Judæos  
Antiochus Epiphanes VIII. Syriæ Regum, qui templum destruxit,  
sacra cuncta pessumdedit, colentes illa pœnis affecit suamque ir-  
religiosam religionem obtrusit hominibus. Sub Nerone ferme i-  
nitiâ cœpit hæc impietas, de qua Tacitus hæc habet. *Nero quæ sitis-  
simis pœnis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appella-  
bant.* Nimirum ore Ethnicorum loquitur Ethnicus, quem meliora  
dicere ac sentire de Christianis ignorantia prohibebat. Et porro,  
*pereuntibus addito ludibrio, ut ferarum tergis connecti laniatu canum  
interirent, aut crucibus affixi, aut flammam, atque ubi defecisset dies in-  
usum nocturni luminis uterentur.* Idque non tam crimine incendii,  
quorum pars magna erat absorpta, quam odio hominum, quini-  
mo & Religionis eorundem, siquidem illos reos subdiderat in-  
cendii, insuper & Edictum publicaverat, ut is, qui se Christianum  
profiteretur, capite sine ulteriore sui defensione plecteretur. Hanc  
impietatem inde ad Diocletianum & Maximinianum usque ex-  
ercuere, atque nec hodie desit, sed invenit pro dolor etiam num-  
erosos suos infelix nequitia, imo floret vigetque, sicuti nullum  
sine auctoramento malum est. Flocci quoque nonnulli suam ipso-  
rum religionem habere, perinde erga propria ac aliena Numina  
Tyranni. Nero, quem supra memoravimus, cum Italiam perve-  
nisset, ne templis abstinuit quidem, sed & Deos in illam prædam  
rapuit,

*Hic neglectus  
ab Antiocho E.  
piphane, Nero-  
ne, aliisque Ro-  
manis Impera-  
toribus.*

*Arist. Politic.  
VII. c.*

*1. Maccab. I.*

*Annal. XV. 44*

*Tacit. Annal.  
45.*

C





rapuit, dum per Asiam & Achajam non dona modo sed & simu-  
lacha Numinum abripuit. Quamquam illa Gentium Numina  
falsum Deorum nomen gerant, attamen animus illorum con-  
tentor depravatus explanatur eo, qui idem erga summum il-  
lud Numen futurus fuisset, si cognitum ipsis, siquidem illi non mi-  
norem vim ac potentiam illis Deastris attribuerunt.

V.

*Conscientiam  
propter cultus  
observatus ab  
Ænea, Albinio  
& Fabio.*

*Tacit. Annal.  
XIV. 10.*

*Virgil. II. Æ-  
neid.*

*Florus L. 1. c.  
13. Lib. L. 5.*

*Lib. L. V.*

Conscientia horum qualis fuerit facta jam enumerata de-  
clarant. Illa enim quasi pietatis suboles est: Hanc itaque si ma-  
trem sortiatur, bona, si Impietatem parentem agnoscat, mala so-  
let evadere. Uti autem superstitio malum insigne, ita conscientia  
bonum quasi proprium hominis est, quod à Deo immortali accep-  
imus, nec divelli à nobis potest, nisi ipsi hoc spernamus. Hæc natu-  
ra ejus, ut *perfecto demum scelere magnitudo ejus intelligatur*, cujus Ne-  
ro nobis testis esse possit, qui post *occisam Matrem reliquo noctis*,  
*modo per silentium defixus, s' pius pavore exurgens & mentis inops lu-*  
*cem oppertus est, tanquam exitium alla: uram.* Hujus itaque omnis bo-  
nitas à cultu est, ut modo diximus, quem ut plurimi fecerunt qui-  
dam Romani, quorum memoria ad nos pervenit, ita conscientiam  
non minus optimam in periculis usi sunt. Illo postquam finem su-  
um fata ferebant, ita ut igne hausta Urbs extrema pateretur, Æne-  
as Trojanus nobilis fugam parans relicta omni supellectile om-  
nibusque divitiis Deos tantum Penates humeris exportavit. Sub  
adolescenciam Urbis Romæ ac quasi mediam ætatem rapidissi-  
mus procurrentis Imperii cursus Gallorum invasione non nihil  
supprimi cœpit: adeo ut & Urbem ingressi cunctos in fugam con-  
jicerent: hac occasione unus ex Plebe L. Albinus Virgines Vestales  
fugientes sacraq; comitantes curru excepit deposita uxore & libe-  
ris, adeo ut in ultimis quoque publicam religionem privatis affe-  
ctibus anteferet. Eadem clade Fabius quidam exemplum amoris  
erga religionem dedit: Gallis namque capitulum obsidentibus  
ne statum Fabiæ Gentis sacrificium interrumpere, hic ritu Fla-  
minio cinctus manibus humerisque sacra gerens per medias ho-  
stium stationes in Tribunalem collem properavit, ac pari incolu-  
mitate rediit. Ethnicos hos quis non miretur hodiè? ast qui imite-  
tur, rarus est, cum post alia demum Religio nobis quaratur, imo  
post nummos ipsos. O tempora! O mores!

vi. Feli-



VI.

Feliciter jactum fundamentum est: nunc reliquos colores ac umbras Imagini nostræ inducamus. Principem omnium tincturæ ac quasi directricem Prudentiam habemus, *quæ honesta à turpibus, utilia à noxiis discernat*: Hanc verò illo quo cœpimus ordine tractare uti difficillimum est atque vix fieri potest; ita remotum hunc laborem ab ingenii nostri imbecillitate volumus. Præceptis illam Lipsius ter magnus complectitur perpauca, ac simul parentes ejus quosdam, Usum ac Memoriam tradit: priorem quoque velle sum non tangimus, quis enim valeat illum exemplis aliorum ostendere: hanc posteriorem, memoriam rerum, quæ in literarum ac historiarum lectione consistit, ea quæ serti sumus simplicitate enucleabimus, illa namque ad prudentiam parandam via facillima esse videtur, adeoque quodammodo usui præferenda. Optimus quidem & hic Magister est, ac omnia omnino præcepta superat, quoniam ex iis rebus proficiscitur, quas quis vidit ipse in vita, tractavitque & quibus interfuit: Vix tamen unquam obtineri potest omni ex parte consummarus, non enim sufficit unius hominis vita tam curta atque præcisa tantæ rerum varietati; opus itaque est, ut & aliorum spatia cuncta experiendi assumamus, quæ in historiarum monumentis habemus. Plurima aliorum inde docemur eventibus, nobis quæ ex usu sient, atque adeo ex aliorum sæpe imprudentia nobis Prudentiam gignimus. Hic ille verus historiarum usus, quando scilicet inde tanquam ex fonte haurimus, & ad præsentem applicamus statum quæ illa humanarum actionum magistra præscribit. Omittimus hic ad præsens referre, quarum præcipue ætatum res gestæ, quique auctores earum seligendi, quod aliunde patens neminem latere potest, illi nimirum, quicum Tacito *iræ & studii causas procul habent*, quique scripturarum suarum veritatem primam legem ducant. Ad scopum nostrum properamus atque eorum Principum exempla celebrabimus, qui literarum vel omnium osores, quique amantes ac Historiarum præcipue cultores fuere.

*Ex Lipsio duo Parentes Prudentiæ petiti: Usus & Memoria. Ille remotus; de hac dicitur. Tacit. Annal. IV. 33*

*Vid. Lipsii Notas ad civilis doctrinæ suæ L. I. it. Ejus Epistolam dedicationem Taciti sui ad Maximil. II. I. annal. I.*

VII.

Plurima omnium Imperiorum principia si revolvas maximam Imperantium partem rudem literarum invenies. Non enim aliter fieri

*Exempla quorundam quibus literas parum fieri*





*errant. qvā-* fieri potuit, quam ut barbara illa secula Barbaros rectores sorti-  
*lis Nero, Lici-* rentur. Unde consequitur ut non alios in medium producamus  
*niu, Ludovicus* ac illos, qui eo quod nihil docti clari sunt, quiqve odio quodam li-  
*XI. & huius* terarum studium profecuti fuere. In Romano Imperio, quo, Livio  
*filius.* teste, alia nulla unquam Respublica nec major, nec sanctior, nec  
*L. 1.* bonis exemplis ditior fuit, turpe tamen exemplum Nero præbet,  
 ut omnibus virtutibus infensus, ita in literarum doctrinam mini-  
*Tacit. Annal.* mē pronus. Hic licet apprime insignes Imperatoriæ juventæ Re-  
*XIII. 2.* ctiores Burrhum & Senecam nactus fuerit, quorum ille *militaribus*  
*curis & morum severitate, hic verò præceptis eloquentia & comitate ho-*  
*nestâ illam juvarent, retinerentq; lubricam Principis ætatem:* Attamen  
 in alia detorto vivido animo adeo elementa modo doctrinæ sibi  
*Annal. XIII. 3.* inesse ostendit illâ in Claudii supremis habitâ oratione à Senecâ  
 quidem composuâ, ut de eo id iudicii ferrent seniores: *Primum ex*  
*is qui rerum potiri essent, Neronem alienæ facundia equisse.* Quod adeo  
*in Agric. c. 6.* cum aliorum Principum eloquentiâ collatum in despectum abiit,  
 ut Neronis temporibus inertiam pro sapientiâ fuisse enunciarent. Haud  
 quoque benignius de Domitiano testimonium, *simulasse eum litera-*  
*rum studium:* quo annuere velle videtur Tacitus, haud multum  
 in iis præstitisse, cum id obtendere soleamus, quod non habemus,  
 habere tamen videri volumus. Recentiores quosdam videamus.  
*Eusebius L. 8.* Licinium Romanorum Imperatorem Historiæ testantur ob litera-  
*c. 13.* rum inscitiam vix nomen suum decretis afferere valuisse, literas  
*Emilius L. 10.* etiam & literatos pestem publicam nominasse. Ludovicus XI Gal-  
*narrante* liæ Rex eo usque neglexit literarum peritiam ut Carolum VIII fi-  
*Schönbornero* lium ab illis arcere non dubitaret hanc ob rationem, ne literis in-  
*L. II. c. 32.* cumbens Regni negocia negligeret, aut historiarum cognitione  
 timidus redderetur, cui dicto adeo fuit obaudiens filius ut præter  
 hæc verba nihil latine calluerit: *Qui nescit simulare, regnare nescit.*  
 Quamquam & illa Parentis cura, nisi nimia, haud supervacanea fu-  
 isset. Cavendum enim omnino est, ne nimio impetu in Philoso-  
 phica ac Theoretica præprimis invehatur igneus ille magnatum  
 animus, qui omne quicquid pulchrum atque egregium exstat, a  
 animo complecti gestit, adeoque in publici boni neglectum fera-  
 tur, quod in Nerone Agrippina Mater præcavere voluisse vide-  
*Tacit. Agric. 4.* tur, dum id curabat, *ut ex sapientiâ modum teneret.*



VIII,

Illi contra quantis nominibus circumferuntur passim, qui cum  
 musis contubernium contrahere gestiverunt, atque illas quoque in  
 aliis adorarunt quasi; quorum adeo exuberans numerus, ut illum  
 exponendo assequi contra propositi angustiam fore videatur. Il-  
 lud notatu dignum, Latinorum olim Græcorumque Principibus  
 Juventutis, optimos ac literatissimos formatores propositos fuis-  
 se, id quod plurimis quidem exemplis doceri possit, in præsentia-  
 rum tamen præcipuis contenti simus. Alexander M. quo non  
 inclaruit virtutum genere? Hac sane in parte omnibus ferme pal-  
 mam præripit atque dignissimus est, cujus verba ad Aristotelem  
 ferme decennalem Præceptorem suum scripta maneat æterna:  
 se malle rerum scientiâ optimarum, quàm potentiâ antecellere.  
 Taceo reliqua, quibus suum in Homerum amorem & alios Poëtas  
 abunde testatus est: quantum delectatus fuerit Philosophorum,  
 Indicorum discursu: quod præmium bonis, quodque malis dede-  
 rit Poëtis: quanti demum Aristotelis libros æstimavit; quæ omnia  
 è Plutarcho in Vitâ Alexandri, Curtio, & aliis uberius hauriri pos-  
 sunt. Post hunc quartæ Monarchiæ primus, Julius Cæsar  
 eundem eruditæ gloriæ campum decurrit: Qui Juventutis suæ  
 annis Gallo quodam M. Antonio Gniphone formatore usus  
 est, à quo in omni disciplinarum genere informatus adeo feliciter,  
 ut aut æquaret præstantissimorum gloriam eloquentiâ, aut exce-  
 deret. Rerum suarum gestarum commentarios in Gallico civi-  
 liq; bello ipse condidit, ita ut quicquid per diem præclare gereret,  
 noctu literis consignaret. Cœterum de tali viro plane tacere quâ  
 pauca loqui præstat. Successores ejus contemplemur; quorum  
 primo Augusto promptam ac profluentem, quæque deceret Princi-  
 pem eloquentiam fuisse, Tacitus auctor est, quippe eloquentiam  
 studiaque liberalia ab ætate primâ & cupidè & laboriosissimè ex-  
 ercuit. Athenodorum Philosophum stoicum informatorem ha-  
 buit, libros XIII de vitâ suâ conscripsit, adde Imperii Romani ra-  
 tionarium, quod suâ manu perscriptum ab eo Tacitus testatur.  
 Tiberius autem calluit quâ verba expenderet, dum validus sensu-  
 bus aut consulto ambiguus. C. Cæsaribus turbata mens vim dicen-  
 di non corrupit, nec in Claudio quotiens præmeditata differeret,  
 Elegantiâ requisiverit quis facilè. Tacitum hic xxxviii. Ro-

*Exempla eo-  
 rum qui per ho-  
 nestarum arti-  
 um cultum æ-  
 tatem transe-  
 gère, ac Histori-  
 as cum primis  
 legerunt ac re-  
 legerunt. Ale-  
 xand. M. Jul.  
 Cæsar. Augusti  
 Tiberii. Caligu-  
 la, Claudii &  
 Taciti.*

*Sueton. in Jul.  
 Cæs.*

*Annal XIII. 3.  
 Sueton. in Au-  
 gusto.*

*Annal. I. 11.*

*Annal. XIII 3.*





*Lansus in O-* manorum Imperatorem non possum non memorare, qui adeo hi-  
*rat. pro Germ.* storiarum amans fuit, ut C. Tacitum gravissimum scriptorem,  
quem Patrem suum appellabat assidue legeret non modo, sed &  
singulis annis decies describi curaret pro seculi illius more typos  
ignorante, ut eum ab interitu vindicaret. Perinde ac sedulum ob-  
servatorem se probare voluerit moniti illius quod Leoni futuro  
Principi Basilii Pater graecus Imperator tradidit: ne per histori-  
as veteres ire recusaret, in quibus reperturus foret sine labore,  
quod alii cum labore collegerint, & aliorum paternorum praec-  
ptorum, quae recenset Lipsius in Notis ad L. I. Polit. c. IX.

IX.

Haecenus illorum Principum memorias recolimus qui ne-  
glectis literis exiguum, quiqve curatis his ipsis maximam prome-  
virtutes factus, ruere laudem: Illorum damnus ex neglectu literarum, in ultimo  
Et quidem pri- capite rursus carpemus ex parte, nunc missam facimus Ipsam Pru-  
mo loco priva- dentiam velut nodum quendam Gordium, & ad virtutes accedi-  
tas, quarum ca- mus tam illas quae privatam, quam has quae Publicam ornant vita.  
put Temperan- Harum vero tractationem absit ut per praecpta instituamus, me-  
tia. Intempe- rantes fuere lius rebus nostris consulturi, dum more sveto Exempla inter se  
Sardanapalus. contraria ac se mutuo illustrantia enarramus: horum tamen om-  
Xerxes, Alex. ni mode de quibus sentire quid velimus, & quae sentiamus dicere  
M. Tiberius, liceat. Privatam vitae virtutes nobis initium sint, quae licet merè ta-  
Caligula. A. bes, nunquam tamen adeo cancellis includi aut tegi possunt, ut  
Vitell. Tempe- non exspatentur paulum ac in publicum erumpant. Frustra Tibe-  
rantissimus fu- rius callidus alias satis ac astutus capreeni secessu libidines suas  
it Cyrus. obvelare ac suppressere ausus est; quis enim Tacito reclusit, *sceler-*  
*Annal. VI. I.* *rum atq; libidinum pudore saxa & solitudines maris repetisse.* Uti can-  
dela lumen nunquam tam arcte comprehendas, quin alicunde  
radii prorumpant, ita a Principe tanquam sole quodam prava ple-  
raqve aut recta, lux aut tenebrae. Hi itaque eminentissimi, quo-  
rum virtutes praelucet haud impedita radiorum acie. Privatas  
inter primam Temperantiam facimus, omnis sanae ac purae men-  
tis custodem. Hanc apprimè necessariam Bono Principi esse  
Cato his verbis demonstrat: Non posse hujusmodi corpus publi-  
co fructuosum esse, cujus inter guttur et ingvem cuncta sub diti-  
one ventris posita essent. Quibus priorem ejus partem Frugali-  
tatem



tatem in cibo & potu observandam svadet. Qvædam itaqve hel-  
 luonum videamus exempla. Assyriorum Regum ut primus ac  
 præeminens Sardanapalus, ita hac in parte qvoqve omnes ante-  
 cellit, adeo ut in ejus memoriam hoc quasi symbolum Epitaphio  
 illius adscriperint. *Tu verò hospes ede, bibe, lude, tanquam ceteras,*  
*res humanas hujus non faciens.* Hujus præstrenuos imitatores in hâc  
 Monarchiâ omittimus. Persæ hoc vitii genere non obscuri, qvo-  
 rum Xerxes omni voluptati deditus præmium constituit novæ  
 voluptatis inventori. Græcorum Primus Alex. M. certamina po-  
 tatoria instituit, idem qui antea in Juventute temperantissimus  
 erat, in vitium istud pessimum declinavit Romanis nec desunt  
 æmuli horum malorum quem enim latet Tiberium in secessu Ca-  
 preensi, unde Caprinæus dicitur, omnibus libidinibus se dedisse, qui-  
 bus effecit, ut ob nimiam vini aviditatem Biberius Cadius Mero  
 diceretur. Caligulam eâdem cœnâ centum & quinquaginta mil-  
 lia ducatorum consumsisse, uno verò anno omnes à Tiberio colle-  
 ctas divitias ultra centum milliones decoxisse, palam est. *Aulus*  
*Vitellius luxui ac saginæ mancipatus emtusq, medio die temulentus &*  
*saginâ gravis, animalia imitatus est ignava, quæ si tibus suggeratur, jacent*  
*torpentq, præterita, instantia & futura pari oblivione amittunt.* Hoc  
 laudisei tribuitur, quod nemo in ejus aulâ probitate & industriâ cer-  
 tavit, unum ad potentiam iter prodigis epulu & sumtu ganeâq, satiare  
 in explebiles libidines. Ipse abunde ratus si presentibus frueretur nec in  
 longius consultans novies millies sestercium uno die intervertisse creditur.  
 Et quis enumeraret omnes excessus omnium Principum, quos ne  
 hodiè quidem emendatos deprehendas apud plurimos. Tempe-  
 rantem unum videamus Cyrum, Cambylis Persarum Regis filium,  
 qui cum apud Avum suum Astyagem Medorum Regem largissi-  
 mis epulis iisque delicatissimis exciperetur, omnes respuit delici-  
 as ac eas ministrantibus distribuit, quoniam major voluptas in-  
 nasturtio ipsi esse videbatur, quàm in Syracusanis illis mensis, quæ  
 à Platone vituperantur.

*Athenaus libr.*  
*12.p.530.*  
*Valer. Max. l.*  
*IX. c. II.*  
*Sbeton. in Ti-*  
*berio.*  
*Sbeton. in Cali-*  
*gula.*  
*Tacit. Annal.*  
*l. 62.*  
*Hist 2.95.*  
*Xenophon. in*  
*Cyropædia, L.1.*  
*Cic. de finibus*  
*L.2.*

X.

Castitatem accedamus nunc, posteriorem Temperantiæ partem: *Castitas Tem-*  
 cui, qui contrario vitio libidinis polluti fuerint, enumerabimus. *perantia pars*  
 Turpe est Bono principi vitio huic omnis boni animi corruptori *altera expen-*  
 indul. *ditur: Huic*





contrariam bi- indulgere, aut vereor ne usquam accepta magis quam in aulis Ve-  
xere vitam ple- nus. Oraculum esse videtur Senecæ effatum.

ria, Persarum.  
Reges, Camby-  
ses, inter Gra-  
cos Ptol. Phila-  
delphus. Roma-  
nos. Augustus.  
Tiberius, Domi-  
tianus, Castus  
fuit Cyrus & A-  
lexander. M.  
Herodot. L. 3.  
c. 31.

— jura pudorque  
Et conjugii sacrata fides  
fugiunt aulas.

Post Sardanapalum variarum libidinum Patronum, quæ & cau-  
sæ interitus sui fuere, Persicæ Monarchiæ omnes ferme Reges ac  
Principes libidinibus incestuosis decertarunt inter se, dum quisq;  
vel matrem vel sororem vel alias, quas necessitudo a comnis ho-  
nestas à Matrimonio isto arceret, in uxores duxere. Cambyses ger-  
manæ sororis suæ amore captus ex Regiis consiliariis legem  
quandam quæsiuit, quæ sororem in matrimonium ducere per-  
mitteret, illi vero, cum nullam invenirent, aliam tradidere, quæ li-  
bita omnia principi quoque licita redderet. Ita ille utramque so-  
rorem sibi conjunxit. Plurima alia inveniet qui Historiam Persa-  
rum Regum perquirat: Græcorum Ptolomæus Philadelphus ita  
dictus est, quod sororem Arsinoë in uxorem duxerat. Romano-  
rum Augustus alias non absque laude, huic idem vitio indulgit, a-  
deo, ut venustam foeminam aspiciens continuo illam adduci cu-  
raret, cujus rei hanc causam, obtentui sumtam ab eo tradit Sveno-  
nius, ut eo facilius consilia hostium per mulieres indageret. De-  
stitit tandem, postquam ab Athenodero reprehensus, atque im-  
provisa invasione ex curru, quo foeminam ad sese duci volebat,  
periculis cujusdam admonitus fuit. Tiberius libidinibus adeo in-  
domitis exarserat, ut, more Regio, pubem ingenuam stupris pollue-  
ret. Domitianus stupris & adulteriis filium Principis egit. O Re-  
gium morem egregium, utinam nemini magis invisus hic mos  
quam Regibus. Cyrus laudandus, qui adeo nunquam quicquam  
malæ libidinis præ se tulit in virginum præsentia, ut potius ipsis  
persvaderet, vera matronarum ornamenta pudicitiam, non ve-  
stes esse. Adde quod à Panthea formosâ muliere captâ omnino ab-  
stinuerit, ob id cum maxime ne illius venustate à seriis rebus ab-  
straheretur. Alexander temperare sibi magis Regium ducebat  
quam hostes vincere, quapropter neque Darii uxorem & filiam  
pulcherrimas videre aut audire voluit, neque alius Persarum fo-  
eminis, quas per jocum magnos oculorum dolores appellabat, mi-  
nus

in Augusto.

Tacit. Annal.  
VI. 1.

Hist. IV. 2.

Strabo Lib. 6.

Plutarchus in  
Alexandro.



nus honeste usus est; Turpe judicans viros victores à mulieribus  
vinci.

XI.

Temperantiã omnium virtutum quasi condimento quo-  
dam, quod à vitiorum invasione illas præservare possit, prælibatã,  
merito Homileticas quasdam annectimus, easque in quantum à  
Principibus, curatæ olim, vel minus, uno alterove exem-  
plo demonstramus. Illas inter Ethicis ferme omnibus Co-  
mitas familiam ducit, quæ circa seriam conversationem medio-  
cricatem servat, cui brevitatis ergo Urbanitas circa jocos occu-  
pata, statim adhæreat. In utraqve auctoritas ne minuaturn multum  
interest. Hæc enim si absit velut anima, friget omnis gubernatio  
& à semetipsâ consumitur. Eorum, qui infelices hac in causa, pri-  
mitus producamus exempla. Neronis temporibus inter vitiorum  
certamina pudicitia aut modestia nihil, nec quicquam boni mo-  
ris reservatum est, adeo ut ipse Princeps magno cum auctoritatis  
sua detrimento foedum studium, cithara ludicrum in modum ca-  
nere affectaret, in quo eò progressus, ut, sicuti antea in cœnâ ci-  
tharam pulsaret, id quod serium utiqve Regibus ab antiquis Du-  
cibusque factitatum memorabat, laudibus celebre atq; Deorum  
honorî datum: ita deinceps ostenderet assentationem suam inque  
scenam descenderet, primum assistentibus modo familiaribus ac  
militum cohorti, cum centurionibus tribunisqve & Augustanis,  
mox vero publice coram populo universo ingressus Theatrum,  
carmen in scenâ recitaret, ac flagitante plebe, ut omnia studia sua  
publicaret, cunctis citharæ legibus obtemperans, genu flexo, cœ-  
tum manu veneratus & sententias judicum oppertus est ficto pa-  
vore. Quâ re id consecutus est Nero, ut postea Tiridates illum Ar-  
menia Rex reprobare ac detestaretur, cui victo ante hæc & ad ge-  
nua provoluto diadema reddiderat, supplicanti. Sufficiat no-  
bis Nero, quippe in utriusque virtutis excessu lumen nobis abun-  
de præfert, licet alii ei adjungi possint, Caligulam puta, qui varia  
spectacula edidisse, & pantomimos imitatus esse studiosius quàm  
spectasse dicitur; Vitellium qui scurras, histriones, aurigas, flagiti-  
osa per obsequia cognitû sibi hominû genus, post se traxit, & ejus  
modi amicitiarum de honestamentis mirè gavisus est. Posse autem  
Principem comitate & alloquiis officia civium provocare usq; misceri in-

*Virtutes homi-  
leticae Tempe-  
rantia adha-  
rent, in quibus  
auctoritates  
amiserunt Nero,  
Caligula & Vi-  
tellius. Retinê-  
re Tit. Vespas.  
Trajanus, Ha-  
drianus, Augu-  
stus & Jul. Ce-  
sar.*

*Tacit. Annal.  
XIV. 14.*

*Annal. XVI. 4.*

*Annal. XV. 29.*

*Senec. L. i. de I.  
ra c. 16.*

*it. Sueton. in*

*Caligul.*

*Tacit. Hist. II.*

*87.*

*Hist. V. 1.*

D

cor-





*in Panegy.* corruptâ suâ Majestate. Tit. Vespasianus & alii exemplis suis comprobant. Hic apud Tacitum exinde maxima in laude; De Trajano Plinius suo prædicat, nullam apud illum in audiendo difficultatem, nullam in respondendo moram fuisse, audiri statim, statim dimitti. Idem ille de Hadriano dicit, quod sanctitate, quod auctoritate, quod ætate Princeps sit, miraturq; in eo, quod severitatem suam pari jucunditate condire, summæque gravitati tanti comitatus adjungere possit. Si retro oculos nostros vertamus paulum, Augustum offendimus, qui ea fuit humanitate, ut cuidam supplicem libellum trepide porrigenti dixerit, *an putas te assem dare Elephanto?* Hi tamen omnes satis magnâ auctoritate fuere: De Augusto enim, qui nobis instar omnium sit, Germanicus memorat, illum *Actiacas legiones vultu & aspectu exterruisse*, ubi idem verbo Cæsarem effecisse narrat, cujus comitatem insignem artes istæ commendant, quibus Imperium paravit atque obtinuit.

XII.

*Inter homile-  
ticas virtutes  
quod, Veracitas  
est, in contrari-  
um simulatores  
fuere Tiberius,  
Domitianus.  
Amore vero ve-  
racitatis, odio  
prosecuti sunt  
adulationem i-  
dem Tiberius &  
Agrippina.  
Tacit. IV. An-  
nal. 71.  
Proverb. 16.  
Vid. Lips. L. IV.  
Doctrin. lib. I.  
c. 13. & 14.  
Tacit. Annal.  
I. 3.  
Annal. I. 12.  
Annal. IV. 71.  
Annal. I. 52.*

Illis virtutibus quæ conversationem exornant veracitas quoque; adjungitur, quam eminenti quædam persona, ut nihil quod honestum per se ac liberale est, à se alienam statuit minime. Quis Tiberium omnis simulationis ac dissimulationis artificem tantopere laudet, quod has suas virtutes, ut ipse interpretabatur, maxime omnium dilexerit? Salomonis audiamus Regiam vocem; *non decet principem labium mentiens*. Quod quidem tantum de grandiore quâdâ fraude intellectum volumus, levem namque simulationem & concedunt Politici, nisi ultra bonum Publicum & erga amicos exerceatur; in hostem quis non concedat aut laudet quoque. Ut enim medicamentis non raro salubriter venena miscent periti, aut sicut pillulas acerbissimas auro obducunt, ita Reipublicæ custodes speciosissimis quibusve inania ac subdola. Turpe fuit Tiberio Principatum specie recusantis flagrantissimè cupere, atque simul ægre accipere recludi quæ premeret, quod factum esse Tacitus docet, ubi Asinius Gallus & Lucius Arruntius de Imperio capessendo sermones cederent: vel postea ubi Asinius metum Senatui ut aperiret amoverique pateretur, petebat. In gloriam fuit nunciata Germanici gloriam angere, multaque ad Senatum de virtute ejus & rebus gestis referre, magis tamen in speciem verbis adornata, quam ut penitus sentiret. Hoc dissimulandi studio adeo validus fuit Tiberius



rius, ut & in rebus, quas occuleret sive natura sive affvetudine suspensa semper & obscura verba proferret, cumque jam supremis appropinquaret, citius eum corpus ac vires, quam dissimulatio deseruit. Domitiano quoque moriserat ut multa pectore anxius, fronte lætus acciperet, idque boni Ducis Imperatoriam virtutem duceret. Hanc vero simulandi artem uti erga privatos & cives usurpatam, ita illegitimam & haud imitandam iudicamus. In Tiberio tamen miratu dignum videtur, quod ille quidem simulationem suam adamarit, aliorum tamen adulationem veritati adversam gravissimè averfat, fuerit. Patres enim adulationem lapsos cohibuit, & Senatores consulares foedo illo crimine infectos ac sordidos usque adeo deprecatus est, ut quotiens curiâ egrederetur, græcis verbis in hunc modum elocutus fuerit: O HOMINES AD SERVITUTEM PARATOS, Candoris ejusmodi exemplum nobis Agesilaus quoque Spartanorum Rex præbet, qui nemini illorum, qui libertate in dicendo utebantur, infensus fuit, ab iis vero tanquam ipsis insidiis sibi cavit, qui mentem astute premerent. Præterea veracitas in pactis vel cum hoste vel alio quodam confœderato observata laudabilis est, Fides appellatur, *que interpretatur humana animi bona numeranda;* cujus perennitate adeo clari Germani, ut nulli mortalium hac ipsa simul & armis ante illos à Frisii quibusdam judicaretur: imo & Romanis in hac probatissimi fuere, qui semper Germanos Principum suorum custodiæ præficiabant, atque illis præ cæteris fidebant. Germanæ fidei exemplum. Unus instar omnium nobis præbeat Carolus V. omnino Germanus, qui hæc verba objecit ad fidem frangendam Lutheri datam, hortantibus: *Et si fides in toto mundo exsulet, tamen eam apud Imperatorem consistere oportet.*

Annal. I. 11.  
in Agric. c. 39.  
Tacit. Annal. IV. 6.  
Annal. III. 65.  
Xenophon. in Vita Agesilai.  
Tac. Hist. I. 15.  
apud Tac. An. XII. 54.  
Sleidanus L. 1.  
Bodin. L. 5. de Republ.

XIII.

Virtutum posterior pars nunc se nobis offert, quæ vitam publicam spectat magis: cujus præcipuum erit illas virtutes commemorare, quæ præclaritudine suâ velari non possunt, ad eò ut necessario in publicum prodeant. Illam itaque videamus quæ iræ tenet habenas: Clementiam rectè nominaveris cui Justitiam ut moderatricam subnectimus. Princeps enim quivis in decus ævinnatus non servos aut dominationem, sed rectorem & cives cogitat, Clementiam

Ad virtutes quæ publicam illustrant vitam transgressus. Has inter Prima Clementia. Non clementes sed Tyranni fuere Tyberius, Nero, Domitianus.





Tacit. Annal.  
XII. 11.

mentiamq; & Justitiam capeffit. Methodus verò nostra iracundiæ aut potius crudelitatis ac Tyrannidis proferre jubet exempla, in quorum quæstione vix alia Dynastia uberior nobis existit ac Romana. In Tiberio tanta fuit vitiorum ac virtutum mixtura, ut si in ullo, in hoc sane abunde appareat similes esse herbis quibusdam in Ægypto natis heroicæ naturas; ut illæ simul optima remedia ac nocentissima venena, ita hæc virtutibus juxta ac vitis

Annal. IV. 6.  
confer. principi-  
pium hujus lib.  
Annal. V. 3.

clara. Hujus Principatus nonus annus in deterius mutationem attulit, quæ iterum intenta magis ac magis, ubi mater Augusta excefferat, erga quem ei inveteratum hæctenus fuerat obsequium, eoqve extenta, ut omnes ferme Tyranni notæ applicari possint. Id inter illum & bonum Principem discriminis fuit, quod magno timore magna semper odia compefcuerit, atqve armis potius decoratus quàm legibus armatus esse maluerit. Hinc

Annal. I. 7.

miles in forum, miles in curiam illum comitabatur, in senatu semper cunctabundus loquebatur, quod nunquam alias, cujus causa præcipue & formidine erat, ne scilicet Germanicus, cujus in manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere Imperium quàm expectare mallet. Urbem nunquam egressus, ne scilicet caput rerum omitteret, atqve Rempublicam in casum daret, nisi postea ubi me-

47.

Tacit. Annal.  
I. 80.

tu scelerum eam reliquit, ac latebras quæsit, de quo supra. Provincias quibusdam mandavit, quos egredi urbe non passus est, quoniam ex optimis periculum sibi metuebat: proprium enim Tyrannis est, ut bonos quàm malos suspectiores habeant, semperqve alienam virtutem formidolosam. Hinc trucidant ac auferunt bonos, cæterum quàm quisqve pessimè fecerit, tam maximè tutus est; pro-

Salust. in Ca-  
sib.

Tacit. Annal.  
VI. 22.

I. 53.

pemodum ut fortuna solet esse tristis in bonos, læta apud deteriores. Tiberius sævitiae suæ exercendæ in Juliâ quondam Uxore suâ initium fecit, par causa necis Sempronii, Gracchi & aliorum, qui necessitate pereundi sponte mortem sumsisse perhibentur. In Drusum Nepotem jam defunctum probris, quo magis sævitiam suam ostenderet. Promiscuas cædes extremis annis & crebra supplicia exercuit, ut nullus à pœnâ hominum cessaret dies, quæ Tacitus & Svetonius abunde testantur. Conscientiam ejus pavidam ac vecordem metu factam demonstrant literæ ad Senatum missæ, cum extra Urbem in solitudine esset, quæ illum adeo non protexit, quin-

Annal. IV. in  
Tiberio.

tor-





tormenta pectoris, suasq; ipse penas fateretur. Hæc omnia insignia Tacit. ibid. c. 6.  
in alios quoque transferri posse, nisi brevitatis studium constringeret, dubium non est. Nero Tyrannorum minime ultimus eo magis pavidus, quo pluribus excubiis septus esset. Domitianus Suetonius in  
semper anxius Numinis quoque suspicionibus supra modum commotus est; quæ omnia ex male factorum recordatione orta, & horum præcipue facinorum, quibus in Christianos insultarunt, quorum novis semper excogitatis suppliciiis carnifices exstitere. Domitiano.

XIV.

Ferinam istam rabiem, sanguine gaudere ac vulneribus, abjectoque homine in silvestre animal transire, nemo unquam Regiam esse credit opinor, nedum humanam, cum præter nomen nihil iis inesse humani videatur, qui hac infecti. Sufficiat hæc nomen Tiberii, Neronis ac aliorum Imperatoriam hanc indolem considerasse, dum civium capita decutere, multum sanguinis fundere, potentiam putarunt. Illis nos nunc delectabimus, qui multis salutem dando & ad vitam ab ipsa morte revocando civicam clementiam promeriti sunt. Augusti inter laudes hoc quoque se dem meretur, quod multa Antonio ac Lepido, dum interfectores Patris ulcisceretur, concesserit, & pauca admodum vi, quo cæteris quies esset, tractaverit. Seneca sane magnificè exornans eum clementiæ laude, id de eo gloriosè prædicat, quod L. Cinnæ infidias struenti convictoque in illo maleficio veniam, imo vitam dedit, eumque in amicitiam admisit, ac insuper Consulatum illi detulerit, questus, quod petere non auderet: Uxoris consilio minimè muliebri imbutus, quæ, ut ignosceret, svadebat, nocere enim ipsi non quidem, sed tamen famæ prodesse posse; haud falso rata Principibus rerum præcipua ad famam dirigenda esse, quippe illis longè diversa fors est à cæteris mortalibus, quibus in eo stant consilia quid sibi conducere putent. Simili modo Tit. Vespasianus Fratrem Flavium insidiatorem suum non vi, sed clementiâ devicit, ejusque animum verbis sibi devinxit. Duplici autem in causâ Clementia locum invenire videtur: cum Princeps vel SEIPSUM, vel ALIUM vindicet. In priori Seneca monet, ut gloria loco habeat in punishment sui læsionem, longèque in suis quàm in alienis exorabilior sit injuriis, Agricolaë exemplo, qui plura sciebat quàm exequebatur, parvis

Clementia laudem meretur Augustus & Tit. Vespasianus. Idem & in defectu deliquerunt hac invirtute adeoq; Justitiam insuper habuere. apud Tac. Annal. 1. 9.

L. 1. de clementia c. 9.

Tacit. Annal. IV. 40.

Erasm. 8. Agophlegm.

L. 1. de Clementia c. 20.

Tac. in Agricola c. 19.





parvū peccatis veniam, magnis severitatem commodans, nec poenā semper, sed saepius poenitentiam contentus erat. In posteriori omnino justitia observanda videtur, quæ æquali lance & poenas & præmia distribuat. Hic merito dubitamus num justitiæ custos fuerit Augustus dum Parricidam exilio tantum punivit, cui culeum jura decernebant: vel num Vespasianus in eo laudandus quod justis suppliciis allachrymatus fuerit & ingemuerit. Quin isthuc potius Ferdinandi I Imperatoris Germani Symbolum audiendum: *Fiat justitia & pereat Mundus; Hac enim remota Regna nihil aliud sunt quàm magna latrocinia*, et Vespasianus crudelis misericordiae merito esset accusandus, quæ propria pusilli animi est, & pessimo cuiq; familiarissima, vel commiserationis potius, ut Lipsius vult, quæ nullam erectam indolem decet, nedum Principem, cui nihil magis convenit quàm animi robur ac firmitas.

XV.

in Seneca de  
Clementia c. 15.

Sbeton in Vespasian.  
Cic. 3. Off.

Senec. L. 11. de  
Clemen. c. 6.  
in Constantia  
L. 1. c. 12.

L. 1. de Clement  
In magnanimi-  
tate medi-  
um non tenuerunt plurimum omnibus Monarchis, dum Diis similes esse voluerunt, excusatores illi qui à longinquo sibi reverentiam quæstiverunt  
Curt. L. 2.  
Valer. Maxim. I. 9.  
Lib. L. 5. Sbeton. in August.  
Barclaj. in. I. con. Anim. c. VII.  
Tacit. Hist V. 9  
Annal. XV. 74

Magnam fortunam magnus animus decet Seneca exclamat, qui magnas rerum species ad se vocet iisque delectetur. Qui tamen ita se temperare ac moderari debet, ne supra quàm homini concessum est, se extollat. Multi in hoc enormiter limites transiliere, & si ab alto rem arcessere liberet, tantâ superbiâ elati animi fuere in omnibus fermè Monarchis. Primus omnium Nimrodus Saturnus dici, Belus Jupiter nominari, ac post obitum divino honore affici volere, Persarum Reges se fratres solis natos perhibuerunt: Darius Persa se Regem Regum & Deorum consanguineum professus est. Magnus ille Alexander se Jovis Ammonis filium jactabat, atque sub specie Draconis ex serpente genitus credebatur. Eadem de Scipione Africano & Augusto Imperatore fama; in quibus rerum intellectus eorum imbecillitas multum sibi vendicat, quam in tenebris illis Diaboli potestati ac ludibrio expositam quis nescit. Adeo & Romanis solempne fuit ad parandam reverentiam nomine caelorum uti, specieq; sacrorum subducere ambitum oculis hominum. Caligula Deus vocari & suam effigiem in Judæorum templo locatam voluit. Nero Cerialis Anicii Consul adulatoriam sententiam amplectebatur, qui decernebat ut templum D. Neroni quàm maturrimè publicâ pecuniâ poneretur, tanquam mortale fastigium egresso, & venerationem hominum merito. Domitianus eò superbiæ proventus est, ut omnium



196

nium edictorum suorum hoc exordium esse voluerit: *Dominus & Deus noster hoc mandat.* Ab omnibus his nimia superbia ac ambitione peccatum est, quod Deo proximum fastigium tenentes participare quoque Divinam Naturam voluerint, atque sub specie Divinae originis sibi Majestatem acquirere. Sed male! impium enim hoc & blasphemum. Melius illi excusandi, qui longe in quoque Majestati suae reverentiam conciliare studuerunt, Persarum exemplo, apud quos *Persona Regis sub specie Majestatis occultitur*, aut *Velledae Germanorum Reginae, quam Tacito teste coram adire ac alloqui negabatur, quaeque aspectu arcebat, quo venerationis plus inesset.* Hominibus enim omne ignotum semper pro magifico est. Hic tamen aequus modus quidam tenendus est, notandumve tanto magis excellere atque eminere Principem quo se submissius gerat, memineritque non minus se hominem esse quam hominibus praesse. Seneca rursus monet *magni animi esse magna contemnere ac mediocria malle, quam nimia.* Tiberius speciosa exempla modestiae praebuit, vera an simulata, ut omnes ejus actiones, incertum est, poterunt tamen veram interea speciem induere, dum doceant. Sub Imperii principium adeo spernendis honoribus validus fuit, ut *Patriae Patriae nomen a Populo saepius ingestum repudiaret*, eosque acerbè increparet, qui Divinas occupationes, ipsumque Dominum dixerant. Quo genere apprimè notanda venit oratio ejus, quae suspicionem ambitionis a se declinare laborabat, Hispanis Templi honorem offerentibus. In illa namque agnoscit se mortalem esse ac *hominum officia fungi, satisque habere si locum principem impleat: illa potius in animis subditorum templa, illas effigies sibi metipsum se optare mansuras, quod majoribus suis dignus, quod rerum publicarum providus, quod constans in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidus crederetur.* Quibus profecto optimam boni Principis notam expressit, atque insuper quoque secretis sermonibus aspernari talem sibi cultum perstitit. *Callebat scilicet modestiae famam nec summis mortalium spernendam, quae a Diis stimetur.* Magni animi requisitum quoque quoddam est *tranquillum ac placidum esse, injurias & offensiones semper despicere.* Priori repugnare videtur potestatis ac honoris ambitio, de qua & in priori capite & nunc modo diximus: potest tamen illa adhuc locum invenire, si mediocris sit atque per media legitima grasset-

*Sueton. in Domitian.*

*Justin. L. I. c. 9  
IV. Historiar.  
65.  
in Agric. c. 30.*

*in Epist. 39  
ad Lucilium*

*Tac. Annal. I  
42.  
II. 87.*

*Annal. IV. 37*

*Annal. XV. 2.*

*Senec. L. I. de  
Clem. c. 5.*



Tac. *Annal.* IV  
28.

Sveton. in Au-  
gusto.

*Annal.* IV. 34.

*Annal.* XII.  
49.

*Annal.* I. 46

*Hist.* I. 77.

Tacit. in Agric  
9.

*Hist.* II. 91

*Liberalitas pō-  
deratur, cuius  
extremum al-  
terum avaritia  
circa opum ac-  
quisitionem re-  
quiritur: Cui vi-  
tio in tributis  
exigendis in-  
dulgere Caligū-*

grassetur; *Optimū enim quibz mortaliū altissima cupiunt.* Posteri-  
ori injuriarum supplicium contrariatur, quod ad clementiam si re-  
feras, facilius tolerari, uti & nos supra, huc verò si reducat, non  
itidem potest. In Augusto id magnanimi iudicium circumfer-  
tur, quod Tiberio calumniantium dicitur recitanti responderit:  
*sati esse maledicis supplicii, quod nihil aliud possint quàm maledicere.* Id  
quod sapientiā factum ab Augusto Cremutius apud Tacitum de-  
fendit, quoniam *spreta exolescant, si irascere agnita videntur convicia.*  
Ac ut nationes quasdam facilius ferre injurias, quasdam ægrius,  
legimus, pro temperamenti diversitate ac loci genio, ita hic quoque  
nostris Principibus quasdam noxia, quæ illis utilia fuere, videntur  
esse. Cautè Augustus toleravit, quoniam illud quod Principis no-  
mine adeptus erat Imperium levi manu tractandum inqz, eo plura  
*moderatione, quam vici componenda erant:* Cæterum bono ac legitimo  
Principi apparens illa convicii agnitio non officit, sed tutius est vi-  
tæ innocentiam calumniandi ansam præripere, quam improbe  
eructatas calumnias impunitas relinquere, Harum nam-  
que contumacia imperitantis Majestas deminuitur, *que sola*  
*Principem defendit, & cuius odio aliæ quoque leges pereunt.* Vi-  
dendum itaque est, ne, quod sæpius accidit, *facilitas auctoritatem &*  
*severitas amorem deminuat.* quod caveri poterit, *si non effusus iusto po-  
pulari aure se dederit Princeps & omnem infimæ plebis rumorem affecta-  
verit.* Quod subditos erga intellectum esse tantum, nemo non cer-  
nit, parum enim aut potioris injurias contemnere magnum ani-  
mum omnino decet, è contrario verò vindicare parum prosperè  
bis contemptam incurrere est; semel cum infertur injuria, deinde  
cum vincèris ac superaris, de quo videri poterit Clarissimus Buch-  
nerus in dictatis ad L. i. Livii.

### XVI.

Honorum ac animi temperamentum vidimus, superest ut  
divitiis quoque moderamen quoddam quæramus. In acquirendis  
illis modum tenere laudabile est, quamquam enim per se illæ ac-  
quisitionem re-  
quisitæ legitimè, nec pejus erogate vicissim non noceant, illæ nam-  
que nervi sunt Imperii, qui meliores eò quò validiores, attamen  
quoniam in utroque excessus vix evitari potest, præstat omnino  
modicas habere quæ sufficiant, quam superfluas quæ noceant. O-  
pum itaque acquisitionem quæ præbent multa sunt, nec cuncta in-  
vesti-



209

vestiganda: omnium felicissima hæc videtur terra esse, quæ ut ali-  
as fruges, ita & aurum argentumque hominibus præbeat, quod  
tamen ut nostris plagis rarissimum, ita non sufficit penitus, adeo  
ut Tributa & Vestigalia ejusque generis alia longè validiora sint  
remedia parandæ pecuniæ. Necessariam hanc esse dubium non  
est, nam publica tranquillitas & quies gentium exigit, *quæ non sine  
armis, neq; arma sine stipendiis, neq; hæc sine tributis haberi queunt.* In  
his tamen imponendis ac conquirendis ita procedere svalet usus,  
ne plus invidiæ sibi quàm virium addat Princeps, idque *per scelera  
implere velle videatur in arario, quod ambitione exhausserit.* Avaritia  
itaq; cavenda, cujus exemplū C. Caligula nobis præbet, qui nova  
subinde vestigalia instituit per publicanos primùm, deinde quia  
lucrum exsuperabat per centurianos tribunosq; prætorianos exer-  
cuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributis ali-  
quid imponeret. Adeo ut etiam ex illicitis quæstum faceret, ac lu-  
panaria conderet, missis circum fora & basilicas nomenclatoribus  
ad invitandos in libidinem juvenes senesque. Nec aleæ lusu com-  
pendium sprexit, quod juris quædam speciem præsefererat, hone-  
statis verò nihil. Nec vivis nec mortuis eripere erubuit, quo om-  
ni jure arcebatur, ut verè popkvorus Princeps existeret, & talis pa-  
stor, qui deglubere pecus quàm tondere mallet. Nero huic nihil  
cessit, sed palam calumniis rapinisque intendit animum, institu-  
itque ut è libertorum defunctorum bonis dodrans cogeretur, &  
testamenta in Principem ingratorum ad fiscum referrentur. In-  
ter canendum animadversam matronam veritâ purpurâ cultam,  
procuratoribus suis monstravit, atque illam non modo purpurâ sed  
omnibus bonis ex sui curavit. Nulli delegavit officium ut non ad-  
jiceret: *scis quid mihi opus sit, & hoc agamus ne quis quidquam habeat.*  
Id nempe unicum studebat, ut funditus exhauriret Rempubli-  
cam, sicut hortulani plantaria, qui abradice olera excindunt. Ve-  
spasianum miror, qui adeo beneficus alias, nec quicquã prodigus,  
tamen non abstinerit tributorum ab acerbitate, sed & novos sinus  
& varios prædandi modos excogitavit, eosque pudendos ac sordi-  
dos. Vestigal enim è lotio exegit, ac officarios spongiarum loco  
habuit, quos quasi exsiccos madefaceret, & humentes exprimeret.  
Exsecrabiles artes istæ parandis divitiis nec minus periculosæ. A-

Tacit. Hist. IV.  
74.

Annal. II. 38.

Sueton. in Caligula.

Sueton. in Nerone.

Sueton. in T. Fl. Vespasiano.

E

Spera



Tac. Annal. IV  
6.

in Agricola. 15.

L. 1. c. 9.

Bodin. de Repl.  
L. 6. c. 2.

Cautela quædam  
in tributis exi-  
gendis observa-  
ta in distribu-  
endis divitiis  
prodigi fuere  
iidem ferme  
quæ ante Nero.  
Caligula. Quibus  
vere liberales  
opponuntur  
Augustus, uter-  
que Vespasianus  
quorum prior  
excusatus.

Tacit. Annal.  
IV. 72.

Tacit. Hist. II.  
84

Lib. IV. Civilis  
doctrin. c. 11.

spera namque per se in plebis auribus tributorum vox, & si ultro augendo aut novando exasperetur, hostiles Spiritus induit, ac periculum est, ne recalcitret bellua ista multorum capitum, & jugum excutiat. Cautus hac in parte Tiberius, qui sedulo providebat, ne provincia novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritiâ aut crudelitate Magistratum tolerarent. Agricola inter artes mitigandis animis fuit frumenti & tributorum auctorem equalitate munerum mollire, circumcisisque in questum reperta. Et est vix aliud vehementius ad favorem populi conciliandum remedium. Hoc Magi apud Justinum experti, qui eo tributa & militia vacationem in triennium permittent, ut Regnum quod fraude quæsierant, indulgentia & largitionibus confirmarent, Idem est per quod Elisabetha Anglicana, subditorum suorum amorem promeruit, quæ non tantum in ditionibus non urit subditos, sed etiam tributa tertio quoque anno exigi consuetam sustulit, offerenti quæ ultro pecuniæ summam plebi respondit. Pecuniam in subditorum arcubus esse perinde ac in suis.

XVII.

His diversis inter se exemplis operæ pretium fore existimo cautiones quasdam adjungere, quæ observatæ à bonis olim, Ut modeste ac moderate exigerentur pro copiâ aut inopiâ rerum. In quo Drusus cautus fuit, qui Frisiis trans Rhenano populo tributum inopiæ illorum accommodatum imposuit, ut in usus militares coria boum penderent, ne pacem exuerent imperitantis potius avaritiâ, quàm obsequii impatientes. Ut svadâ magis quàm violentiâ utamur, non crebro, nec magis ac magis auctè, sed æqualiter & absque omni fraude conquiramus. Quæstores adhibeamus non Mucianum quendam, qui largitus privatim quod avidius de Republicâ sumeret, sed talem, qui jus aut verû spectet in cognitionibus, nec nimis in cogendo licentiæ habeat. His denique ut omnibus finem imponamus, si causa impellens ac urgens necessitas designat. Non gravia illa atque in toleranda onera necessitate armorum excusata in pace etiam maneat. Utinam hodie illud ad amissim! Sed de his Lipsius mihi semper magnus copiosiora ac in ullâ aliâ materiâ habet, ubi & de censu, qui omnino necessarius ac dudum reductus, si svadere & agere perinde essent. Ad erogationem propero, in quâ minime imitandi helluones illi, quos supra vidimus, quæ qualis



qualis Nero, qui pecuniæ non alium fructum putavit, quàm profusionem, quâ ita difflebat, ut epulas à medio die ad mediam noctem produceret, nullam vestem bis indueret, domumq; post incendium restauraret, quam auream appellabat maximis sumptibus profusionis non absque testamine conditam. Huic verè prodigalitas nomine liberalitatis imposuit, quippe in Tiridatem octingenta nummum millia diurna erogavit, inque ludicrum hominum genus & Theatrales operas exercentes adeo facilis fuit, ut & in eo reprehensus corrigi non potuerit. Caligulam & alios taceo, de quibus & supra memoravimus, & qui alias non obscuri hoc vitio. Illos potius videamus, qui parsimoniam studiosi fuere. Augustus ut alias non molestus populo indicendis tributis, ita quoque maximam frugalitate continere res suas consuevit, cœnam tribus aut ad summum senis apparavit epulis, largiore comitate convivis demulcens quàm vino. Vestem non temere aliâ quàm domesticam usus est, ab uxore & sorore & filiâ neptibusque confectâ. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasionem frequenter exhibuit, saturnalibus præsertim ludis nummos omnis notæ, vestem, aurum & argentum largitus est. Vespasiani parsimoniam non possum non meminisse, qui, *ut alii ferme omnes in deterius, hic solus omnium ante se Principum in melius mutatus est.* Hæc virtus ejus multis nominibus celebratur in auctore nostro, hac enim populi mores sumtuosos ac prodigos emendavit & adstrictiores reddidit, ipse namque *antiquo cultu ac victu fuit, atq; hinc obsequium in illum & emulandi amor validior quam poena ex legibus & metus.* Mucianus in oratione illâ, quâ Vespasianum ad Imperium capessendum hortatur, magnam in vigilantia ejus, parsimonia ac sapientia fiduciam ponit, adeo ut rectissimè antiquæ Parsimoniam Princeps appellaretur. Hinc excusatio quædam gliscit urinarii illius fœnoris, quod quamvis sordidum, tamen utile illi ac maximè necessarium fuerit. Id enim ipse testatus est in Imperii initio, ac deinceps uberius demonstravit, dum non in suas voluptates, sed publicos usus impenderet, in omne hominum genus liberalissimus. In quo tamen virtutis genere aut æmulus ejus felicissimus filius, aut etiam victor evasit, qui admonentibus domesticis, ne adeo multa polliceretur, respondit. *Non oportere quemquam à sermone Principis tristem discedere, &*

Sbeton. in Nerone.

Tacit. Hist. I. 50.

Annal. III. 55. Hist. II. 77.

Sbeton. in Fl. Vespasiano.

Sbeton. in Tit. re, & Vespas.





re, & recordatus quondam in cœna, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, Principe dignam illam edidit vocem: *Amici, diem perdidisti.* Non opus erit prolixius allegare illam Augusti liberalitatem sæpius laudatam, unde Pater Patriæ dictus, illam Alexandri, qui gloriatus à nullo se beneficiis victum, illam Trajani, sub quo Spiritum & sanguinem & Patriam recepere studia liberalia, cui & tanta fuit benefaciendi vis, ut indulgentia ejus necessitatem amulata fuerit, illam Cimonis, quem nunquam non pedisse qui cum nummis sunt consecuti, quo statim daret egentibus, ne differendo videretur negare. Cæterum virtus est, ac in medietate consistit Liberalitas; hæc ita temperanda, *ne nimia profusione inarescat*, ac demum in exitium vertatur, quod fieri solet nisi modus adsit. Contra vero nulla magis propria Principum virtus est ac illa, eò quod omnium opes ad illos confluant. Ut enim nubes aquas è terris extrahunt, & eas rursus benignè effundunt, ita Principes merito in eos dona conferunt, unde antea opes fuerunt suppeditatæ.

XVIII.

*Consiliariorum  
requiritur ad  
jumentum,  
quos Romulus  
& Tiberius ad-  
hibuerunt gu-  
bernationi sue.  
In his sit Fides,  
Amor verus,  
non fictus, qua-  
li & Consulium  
Roma Senatus  
q. erga Augustum  
Tiberium ac al-  
ios.  
Lib. L. I.*

Illas hætenus virtutes pro ingenii nostri modulo pertractavimus, quæ Principis optimi morales simul ac civiles formant actiones, breviter adjecto fructu, qui vel proficius vel noxius pro illarum sive acceptione sive rejectione publicum redundare solet. Ut a. in hortuli culturâ, quem exquisitis variisque flosculis depictum esse volumus, non solum indigenorum genere fructuum contenti sumus, sed & exoticis delectamur, & illa quasi necessaria requirimus ad ejus perfectionem: ita Principis in illo virtutum ac Prudentiæ arboreto non proprii ac terrigeni fructus sufficiunt, sed eâ quoque Prudentiâ opus habet, quæ in aliis & ab aliis est. Neque enim unus videre omnia, aut licet viderit exequi potest. Romulus Romanæ Urbis conditor, postquam munierat sedem suam, eandemque & civibus impleverat per leges sibi obstrictis, ordinavit quosdam qui leges interpretarentur & exercerent, adessentque Principi in re communi rectè administrandâ. Atque hinc Patres Conscripti in Republicâ Romanâ, qui è Patriciis electi & conscripti erant. His ipsis Tiberius initio Principatus sui, licet simulato magis animo, quam ex fide sua sit, *ne ad unum omnia deferrent, plures facilius munia Republicæ sociatis laboribus exsecuturos.* Idem postea sæpius castigavit Patres

*Tacit. Annal.  
I. II.*



Patres, quod cuncta curarum ad Principem rejicerent, qui tantæ molis  
vix capax. Hinc evidentissimè apparet Principem non posse sci-  
entiâ suâ cuncta complecti, sed & alios in partem curarum esse vo-  
candos, qui simul sustineant regendi cuncta onus. In quâ voca-  
tione haud leviter attendendæ veniunt dotes quædam ac requisita  
personarum simul concurrentia. Quàm multi sint vix determi-  
nare quis valeat, nec opus est de eo deliberare, quod cujusque vo-  
luntatis est. Plures uno vel duobus svadet ratio; est enim in nume-  
ro ipso quoddam magnum collatum consilium, quibusq; singulis judicii pa-  
rum, omnibus plurimum. Melius omnibus quàm singulis creditur;  
singuli cum decipere vel decipi possint, omnes non possunt. Vir-  
tutes quasdam complectitur haud ineleganter Sallustius his ver-  
bis. Omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, i-  
ra, atq; misericordia vacuos esse decet. Conferamus pauca atque præ-  
cipua, quæ in Lipsio haud à scopo nostro abudentia offendi-  
mus. Odio vacui sint, fidi, probi, & absque affectu. Non  
dat facile bonum consilium, cujus animus in Te malus. Fides ad-  
sit, quæ nullâ necessitate ad fallendum cogatur, nullo corrupa-  
tur præmio, hæc enim si absit, nec alia quædam virtus quicquam  
prodest. Nec est ut eam Tibi de futuro promittas, si in principio  
desideres, idem enim de Te autumat, nec in quoquam aliud quic-  
quam expectat, qui naturâ depravatus est. Ideoque amicissimi sint,  
non tamen fucatâ benevolentia. Blanditiæ pessimum veri affectus ve-  
nerum, sua cuiq; utilitas. Non enim Tecum, sed cum tuâ fortunâ lo-  
quuntur. Rari illi: multi siquidem laboris est svadere Principi quod o-  
porteat, assentatio erga illum sine affectu peragitur. Fœdum illud cri-  
men servitutis Romanis erga Principes suos familiare. In Augu-  
stum & uxorem ejus adulatio fuit Patrum frequens, qui illum Pa-  
trem, hanc Matrem Reipublicæ nominabant. In Tiberium non  
minor, qui tamen sæpius cohibuit in eam lapsos, quod supra di-  
ximus. Germanicus in eo sedulus erat, ut penitus nosceret men-  
tes; noverat enim libertorum servilia ingenia, & amicitia adulationem in-  
esse. Fœdissimum hoc artificium est ac veritati officit, consiliisqve  
rectis adversum, quod Vitellii temporibus, in bello compertum  
habemus, ubi aliqui in adulationem concessi svaserunt, ne Prin-  
ceps periculis objectaretur, quo prævalente deteriore consilio  
E 3 gravi-

799  
Tacit. Annal.  
III. 35.

Plin. L. 7. Ep  
17.

in Conjurat.  
Catilin. p. 43.

L III. Civil. do.  
Cirin. c. 4. 5. 6.

Tacit. Hist. I.  
15.  
ibid.

Annal. I. 14.

II. 12.

Hist. II. 33.



graviter afflictæ Otthonianæ partes fuere. Hi verò amici non se-  
 per, qui ejusdem cum Principe ætatis vitæ communis consuetu-  
 dinem contraxere. In his facilius inveniuntur quæ vetita, quare  
 non immerito disvasit mutationem antiquorum amicorum Ludo-  
 vicus XI. Galliarum Rex, filio suo Carolo, & suffragatur huic Re-  
 habeami exemplum, qui senioribus juniores præferbat, à quibus  
 consilium deterius. Illis namque, qui ad canitiem usque horren-  
 tibus capillis provectâ jam senectute sunt, *ex quâ solâ prudentia,*  
 magna non tantum vis consilii inest atque Prudentiæ, *quæ maxi-*  
*mam senectutis dotem facit;* sed & perfecta jam Reipublicæ cog-  
 nitio, quæ quasi anima consilii dandi esse videtur. Adde quod in il-  
 lis poni fiducia possit, nec de perfidiâ quicquam metuendum. Pa-  
 tres qui creari possint illi erant Romuli temporibus, qui & absque  
 suspicione & eâ Prudentiâ atque ingenio essent, ut in commune  
 salubriter consulere possint. Juvenes verò naturâ fervidi ac im-  
 potentes sunt, prætereaque nullâ rerum experienciâ instructi: hinc  
 vel nimio fervore *pavent non raro; ubi omnia consilia in incerto sunt,*  
 vel eadem ex causâ consideratione immaturârunt in quavis co-  
 gitationes, & talia suppeditant, quæ calida & audacia *primâ specie*  
*leta, ratiâ dura, eventu tristia sunt:* Hi consilii sunt subiti, sed e-  
 ventu infelicitis, cum tamen ea optimi consilii sit natura, ut morâ  
 valescat non impetu, uti scelera. Imperitia illos ambiguos reddit,  
 & ita compositos, ut ex eventu rerum adversa abnuere & prospe-  
 ra agnoscere firmo satis animo non queant, Nec veri copiam fa-  
 cere possint, *sed suspensa semper, & quo ducantur inclinatura responde-*  
*ant.* Præter hæc omnia periculum est non exiguum, ne paucitas  
 illa annorum variarum tentationum expers arcani quid consilii  
 elargiatur nimiam loqvendi libertate, quæ propria huic ætati, in quo  
 tamen vel maxima cura posita sit, ne palam fiant Imperii sacra sed  
 tecta & abdita maneant, in quem finem olim fabulosa verustas  
 Consum Deum consiliorum Præsidem finxit, & sacra ejus aramque  
 sub terrâ fuisse credidit. His tamen omnibus & literarum non  
 perfunctoria cognitio accedat necesse est, ita enim fiet ut qui an-  
 norum multâ experienciâ orbi, inde tantum hauriant, ut & de in-  
 stantibus *verissimè judicare & de futuris callidissimè conjicere valeant.*

I. Regum. 12.

Plin. L. 3. Ep. 1.

Barclaj, in I-  
con, Anim. c. 1.

Tacit. Annal.  
III. 9.  
Lib. L. 35.

Tacit. Hist. V.  
21.

Annal. XI. 34.

de qbo Clarissi-  
mo Buchnerus  
indictat, ad  
Lib. L. 1.  
Nepos in The-  
mist.





## XIX.

Lustravimus instrumenta gubernationis; ad ipsum gubernatorem redimus iterum, & videbimus, quí utrumque conjungi & unum alterius opem poscere possit debeatq; Quoniam itaq; tam graves sunt Principis labores quæ orbem terræ capessit, ut egeat administrandis quasi necessariò, ei que vel centum oculi ac aures conveniant; tales ferme eligendi erunt, quales nunc delineavimus. Hoc enim non illi tantum, sed toti Republicæ prodest, quam æquè ac se spectat Bonus Princeps. Hujus enim est circumspicere ut in Imperii sui custodia non se unum modo, sed & omnes ministros civibus & Republicæ præstet. Imò hos magis quoque quam semetipsum forasse, si illud omnino verum est, uti est, quod malus Princeps pessimis Consiliariis in Republica tolerabilior. Honorius Romanorum Imperatorum quinquagesimus à Claudiano decantatur, quod de optimis consiliariis fuerit sollicitus.

Ut fortes in Marte viros animisque paratos

Sic justos in pace legis, longumque tueris

Electos: crebris nec succedentibus urges.

Tiberium modesta servitia habuisse testatur Tacitus, atque in eo quoque publicum bonum quæsiuisse abunde demonstrat. Potest autem Princeps ministros suos hosce vel ipsemet probos reddere, si ipse non pravus atque corruptus fuerit? si quidem quo caput, hoc modo reliqua quoque membra se gerere solent, ab illo namque omnis vel putredo vel sanitas. Fideles sibi habebit, non quos aliis infideles ad se traxit; non enim mutat odorem quem primitus imbibit testa:

quæ scelere parata est scelere rumpitur fides.

Nec illos quos precio allexerit: eodem namque hamo se capi patientur, sed in quos ipse fidus. Amicis utetur, quibus ipse non inimicus, maxima enim amoris ille cebra est ipse amor, nec amatur unquam temerè, qui non amaverit, sed qui honorat amare, hunc verisimile est. Sentient autem se amari, si Princeps bona illorum consilia non aspernetur: Verissime est Hesiodus.

ἔτ' ὁ μὲν πάντας ὁ, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ

ἔσθ' ὁ δ' αὖ πάντων ὁ, ὃς εὖ εἰπὼντι πίθηται.

Quapropter minime laudandus Darius, qui Eudemonem eo

tempore Curt. Lib. II

Princeps probos habebit ministros quos ipse non improbus. Amicos, quos ipse amet. Consilia verò mature inchoanda, mature exequenda, non verò cum servis communicanda sunt.

Tac. XII, Annal. 5.

Cic. ad Q. Frat. Ep. 1.

IV. Conf. Honor.

Annal. IV. c. 7.

Senec. Tragic. in Medio act. 1.

Buchnerus in dictat. ad Lib. I.



- tempore minime talem, hospitem ac supplicem tunc maximè utilia svadentem abstrahi ad supplicium iussit, ideo quod aureum exercitum ejus rejiciebat, & alium conscribere jubebat. Ita enim adulari docēt ipsos, si veritatis impatientes sint, quæ tamen servilitas absit à quovis consiliario. Satius enim est cum Helvidio Prisco mori & immortalem esse, cum illum Vespasianus suus aut consilio exesse aut tacere jubeat, quàm cum ignominia officium suum relinquere, quod tamen absque omni irreverentiâ ac imprudentiâ fieri debet: *Ita namq; libertatis jus usurpandum est, ut magis à Rege permissum, quàm vindicatum ab eo videatur, quod Ephæstionem fecisse legimus. In eo quoque amorem suum testatum faciet Princeps, ubi exitum sortita fuerit sequiorem sententia consulentis, ne consultori eum imputet propterea ac culpam impropere. Recte Darius sensit, neminē stolidum consilium capite luere debere, de futuris enim eos esse qui svaderent, si svasisse periculum sit. Medico de sanatione refertur gratia, idem vero de morbo non accusatur. Si itaque consiliis indigeat Princeps, primum erit maturè convocare ministros, ut tempus sit deliberationi, possintque volutare inter se rationes & in utramque partem calculos ponere. Opus autem illis habere videtur omnibus in rebus quæ ad publicū pertinent, imò si pertinere modo videantur, aut alias magni momenti sint. Svadet hoc Mucianus Vespasianum ad Imperium vocaturus: omnes qui magnarum rerum consilia suscipiūt estimare debent, an quod inchoatur Republicæ uti & gloriosum aut promptum effectu sit. Sallustius, monet; priusquam quid incipias consulto, & ubi consulueris mature factio opus est, Hoc proximum est ut festinanter exsequaris quæ bona videntur.*
- Tacit. Hist. II. 76. Alias consilia in promptu sunt, ipsa actio langvet, illa ab omnibus dantur, periculum pauci sumunt. Tentandum quippe est & audendum non nihil, nec nimis multa fato permittenda, quibus impares esse videamur. Mens una sapiens plurium vincit manus, & multa licet naturâ impedita consilio expediuntur. Ultimum sit, ne veris illis consiliariis spurii quidam adjungantur, servi vel liberti: non prudentum consilia & horum rumor juxta audiantur. hoc etenim modo permixta consilia optimos quoque ac alias fidelissimos turbant, nec mirum est, si quidam ejus quod non ipsi afferant consilii fiant inimici. Luscinia vocem suppressit anseris inter strepente, nec facile*
- Curt. L. III.*
- Curt. L. c.*
- Tacit. Hist. II. 76.*
- in Proëmio.*
- Tacit. Hist. 3. 69.*
- Annal. VI. 46.*
- Lib. L. 40.*
- Tacit. Hist. III. 58.*
- Hist. I. 26.*
- Annal. VI. 11.*
- facile



facile præstantissimum musicæ artis tironem juxta simul audies.  
*Tiberius quotiens super negotio consultaret liberti unius conscientia usus Annal. IV. 21.*  
 est, sed vix laudabiliter: non enim probabile est stabularium quendam aut eorum magistrum eo pollere ingenio, ut tanti viri supplere vices commodè queat.

## XX.

Omnia hæc quæ differuimus Togam cum primis respexere; singula tamen ad sagum transferri commodè posse, vix dubitamus. *His quidem temporibus maxime estimantur virtutes, quibus facillimè gignuntur, quod ferme paci convenientius quàm bello* *Ad fortitudinis tractationem apparatus, ubi breviter justæ belli causæ enumerantur. Tacit. Agric. c. 1.*  
 videtur, cujus instrumenta per bonas artes haberi non adeo possunt. Attamen ut alias instare perpetuo virtus solet & parum habens processisse quæ antenus latè grassatur, ita & castra militaria non intacta reliquit, quibus nunc ferme propria videtur, tantumque divinitatis sibi contraxit, ut & in hoste ametur. Fortitudinem cum in finem huc reduximus: quæ quamvis & civilis sit paci que inserviat, bello tamen propinquior, præsertim quoniam illam in Magnanimitate supra non nihil deprehendimus. Bellum itaque aggredimur, cujus causas brevissimè & legitimas quidem è Lipsio, *Lib. V. Civil. Doctrin. c. 3.*  
 stilo tamen nostro referemus. Efficientem principalem sive auctorem belli dicimus omnem Principem, qui hoc Magestatis jure potitur. Impellentem seu moventem non honoris non auri magnæque potestatis cupiditatem aut temere nocendi libidinem facimus, sed vel defensionem Fidei ac salutis, vel offensionem ad coercendos noxios finitimos vel sibimet ipsi, vel etiam alii confederato insultantes. Finem nec Ultrionem, nec gloriam, aut Imperium, sed Pacem atque tranquillitatem proponimus. Apparatum bello necessarium merito tacemus, longè inferiores tantis rebus enarrandis, quæ tamen facillè ex laudatissimo Nostro & aliis hauriri largiter possunt. Nos itaque, quibus præcipue ad res omnes gerendas modestiæ laus utilis est, præteribimus hæc sicco pede & per pauca modo ad fortitudinem quæ faciant dicta factaque proferemus.

## XXI.

*Non ignaviâ magna Imperia contineri rectè Tiridates judicat, sed virorum armorumque faciendum certamen si necessitas postulet.*  
 F *Consilio hic opus & cunctatione ut & celeritate cuius ut Sar-triusque impla*



*Annulorumque  
in acie steterunt  
Principum apud  
Tacit. Annal. XV. I.  
Justin. L. I. c. 3°*

*Tacit. Hist. II  
36. & 36.*

*Hist. II. 31.*

*Hist. III. 63.*

*Hist. III. 27.*

*Annal. XIII. 6.*

*Annal. II. 26.*

*Tacit. Annal.  
I. 67.*

*Hist. III. 40.*

*Hist. III. 20.*

*Hist. II. 34.*

*Hist. I. 15.*

Sardanapalus vir mulieri corruptior, cum ipsi ab Arbacto bellum inferretur, non ut vir regnum defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent primum latebras circumspexit, mox deinde cum paucis & incompositis in bellum agre progressus, victusque est. Vitellius plane non aliter, qui Vespasiano Imperium ambiente ac civili bello jam multa vicina oppida diruente, curis luxum obtendit, non paravit arma, non alloquio exercitioque militem firmavit, quibusdam vero discrimen ac dedecus ostentantibus surdas præbuit aures, quas ita *formatas habebat, ut aspera quæ utilia, neque quicquam nisi jocundum ac læsurum acciperent*: Fortissimis consiliis infensus fuit, *ventre & gula sibi ipsi hosti*. Tanta scilicet turpedito animi *ejus invaserat, ut si Principem eum fuisse cæteri non meminissent, ipse oblivisceretur*. Non hoc fortium virorum est se suaque indefensa relinquere ac *præterita, instantia, futura pari oblivione dimittere*. Fortes ignavosque labor discretus distingvit, quos ut illi pene nullos, ita alii contra ingentes sumere. Prima vero cura videtur esse gliscentibus discordiis in commune consulere, ac ut pacis, ita & belli tempora maturis consiliis temperare. *Plura in summâ fortunâ auspiciis & consiliis, quam telis & manibus geruntur*. Tiberius testatur *plura se consilio quam vi perfecisse*. Cæcinnæ hoc ad milites suos monitum: *Una in armis salus, sed ea consiliis temperanda*. Hæc tamen non adeo producenda sunt, ut dies rerum verbis terantur, quod egregius ille belli dux Fabius Valens Principis sui Vitellii strenuus imitator fecit, in utili cunctatione agendi tempora consultandoque consumens, *mox utrumque datum consilium aspernatus, id quod inter anticipia deterrimum est, dum media sequimur, nec audere satum nec providere*. Etenim utrumque in bello necessarium quidem & cunctari & festinare, si ex æquo cuilibet modus adsit. Illud in difficilioribus cum maximè locum obtinet ex illo Euripidis dicto *quæ magna moliantur cunctari solent, & juxta istud Muciani effatum; in periculis cunctationem sæpius quam celeritatem magis prodesse: est enim loco sapientie quietum intentumque, esse & alienam stultitiam opperiri*. Hujus verò non minor utilitas est, iis præsertim temporibus, *ubi perniciosior sit quies quam temeritas, quod fieri tum plerumque solet, si vel occasio se offerat, quæ minimè transmittenda, adeo ut & amplius juvare quam virtus dicatur, vel si cunctatio noxia sit, ita ut*

ut  
du  
da  
pri  
lar  
spe  
ler  
ris  
co  
en  
uti  
qv  
pe  
sta  
ra  
per  
qv  
da  
ex  
ne  
ho  
Ba  
Ut  
Lu  
tu  
va  
Ta  
pe  
la  
or  
flic  
ru  
Tu  
str  
bo  
qv





ut spem nostrorum militum abrumpat, ibi namq; utendum animis dum spe valeret ratus est Alexander: & Cæsaris monitu illa quibusdam innata animis incitatio & alacritas pugne studio incensa, non reprimenda sed augenda Imperatoribus est. Hostes quoque ipsi sæpe illam svadent, quibus ne spatium vires corroborandi detur, aut dispersis palantibusque colligendi se, oppressione opus est, quæ à celeritate maxime expectanda. In hoc autem cum primis Imperatoris bellici ingenium exerceri solet, ut his geminis artibus utatur commodè caveatq; ne vel excedat in alterutrâ vel deficiat. Quod enim occasione ac celeritate acquiritur, id nostrum erit; quod inutili cunctatione ac securitate differimus, id hostium. Præterea quoque alterutrâ harum quibusdam naturâ inditam fuisse reperias, videasque velocitatem juxta formidinem, cunctationem constantiam propiorem esse. Celeritate Cæsarem omnes alios Duces superasse Dio Cassius observat, Alexander omnia facilius quàm moram perpeti potuit. Hoc nimirum ex igneo animi vigore oriebatur, qui quodcumque vult cito vult. Svetonius Paulinus è contrario cunctator naturâ fuit, cui cauti potius consilia cum ratione, quàm prospera ex casu placebant, satù cito incipi victoriam ratus, ubi provisum fuerit, ne vin eretur. Ampius Flavius naturâ atq; senectâ cunctator, cui ætati hoc veluti proprium est, uti in Fabio cunctatore hoc demonstrat Barclajus, hæc enim omnem intentionem suam in finem laxat. Utriusque in temporibus rite pernoscendis maximè æstimandus Lucullus fuit, vir rarissimi exempli. His in enumeratis simul fortitudo complexa omnino est eorum, qui & consilio & armis prævaluere; addimus itaque pauca tantum, demonstraturi: debere ex Taciti nostri sententiâ summum Imperatorem in acie stare, si status Imperii aut salus provinciarum in discrimine vertatur. Malè cesserunt illa consilia quæ Otthonem pronum ad decertandum dubiis præliorum exitum volebant, is enim primus dies Otthonianas partes afflixit. Feliciùs Alexander pugnabat, quo presente nemo militum suorum hostis arma, nec inermis timebat. Crescit fiducia militum si surgeat Turni præsentia. Vespasianus acer militie, anteire agmen, locum castris capere, noctu diuq; consilio, ac si res postceret manu hostibus obniti, cibo foruita, veste habitug; vix à gregario milite discrepans. Trajanum quoq; hoc genere laudis extollit Plinius, quod militaribus turmis

Curt. Lib. IV.  
De bello Civil.  
L. III.

Tacit. in Germ.  
c. 30.

L. 43. bid. Buchnerum in di-  
stat. ad Lib.

Curt. L. 3.

Tacit. Hist. II.  
25.

Hist. III. 4.  
in Icon. anim.  
c. I.

Plin. L. 4. Epist.  
13.

Tacit. Hist. IV.  
85.

Hist. II. 33.  
Curt. L. 8.

Tacit. Hist. II.





in Panegy.

Imperatorium pulverem sudoremq; miscuerit, nihil à cæteris nisi robore & præstantiâ differens cum libero Marte nunc cominus tela librârit, librata suscepit. Hujus census plura enumerari possent exempla illorum, qui suâ præstantiâ hostibus terrori ac quasi fulmina, suis verò præfidi o fuere. Quod tamen in majoribus periculis potissimum valeat: alias opus non est, ut ipse semper summus Imperator pro virili portione armis ac manu victoriam juvet, ratione verò & consilio sæpius profit, quæ tamen non nimis remota sint, ne post res demum afferantur. Cæterum minora bella minoribus ducibus deligenda: qui optimi, si ita comparati, ut apud Romanos Lælium & Scipionem, Hannibalem, aut recentiores sub imperatoribus Germanicum, Cerialem, Agricola & alios imitentur, qui adhuc per gloriam in perpetuum vivere intelliguntur.

CAPUT. III.

DE EGRESSU E PRINCIPATU.

I

Duplex Regia  
velinqbenda  
modus. Volun-  
tarius & coa-  
ctus. Illius ex-  
emplum in Di-  
ocletiano,  
Maximiniano  
Lothario I. &  
Carolo V. Hujus  
in Adonibeseck  
Cananitarum  
Rege & Croso.  
Daniel Otto in  
Jure Public. c.  
X.

Christ. Mat-  
thias in Mo-  
narch. IV. p.  
499.  
ibid. p. 760.

Ad calcem ferme nunc Idææ nostræ pervenimus, postquam caput ejus atque medium delineavimus, rudi licet penicillo ac in- exercitata manu. Ubi non inmunes adeo profiteamur nos ab erro- ribus ac hæsitacionibus aliquibus, cum vix fieri aliter possit, quam ut circa rerum gestarum circumstantias quasdam, quas è longin- quo tantum introspicere nobis contingit, fallamur sæpius. Non nostris hic, sed alienis cernimus oculis, nec ipsi audimus, sed ab aliis audita scriptaque legimus. Exitum verò Principum confide- rantibus bifariam nobis offertur. Quidam enim sponte se Regno abdicarunt, quod Diocletianum & Maximinianum Romanos Im- peratores uno die fecisse legimus. Ille namque Nicomediæ in Bi- thyniâ purpuram exiit, & Salonas in Patriam se recepit, hic verò Mediolani Majestatem deposuit, Lucaniam amplexus est, ibique vitam privatam egit. Lotharius I Germanorum Imperator hos æmulatus, Imperium sponte abjecit conscientia, ut ajunt, malorû consiliorum actus: Cœnobium postea Prumiense apud Treviros ingressus monachus factus ibidem excessit. Post hunc Carolus V. curis vel laboribus fractus Imperatoriam dignitatem exiit & il- lam aliis commendavit. Hoc num omnino probandum sit, in- certus sum, videtur eo subditos defraudari, si bonus fuerit Prin- cepts.



ceps. Talem verò esse, licet gravissimum sit omnium, tolerandum tamen. Non enim illa Potentia magnitudo, cui Numen arcanâ vi mortales subesse imperavit, in illorum gratiam qui ad hoc fastigium legerentur, instituta est, sed in eorum qui parent. Ac ut sidera splendorem non deponunt, quem ideo habent ut usibus mortalium inserviant, ita nec Principes dignitatem relinquunt rectè cum munere officioque devinctam. Atque hic levissimus omnium exitus est sponte susceptus, ille verò tantò intolerabilior, quem vis externa secum fert.

In servitutem cadere de Regno grave est.

Nec id tamen rarius accidit: quot enim legimus Regno pulsos, quot supra vidimus mutuo se de folio turbantes. *Magnum & crebrum cupiditas Imperii malum inter homines est: Ancipites rerum vices sunt, & talis fortunæ rota, ut aliquando summa mutet imis.* Notatu dignum exemplum illud quod sacra præbent. Cananitarum Regem Adonibeseck victum à Judâ Israelitarum Duce, eoque contemptum, ut præciso pollice victum quæreret, quo ignominia genere à se septuaginta Regulos vexatos testabatur ipse. Sapienter Cyrus Croesum Lydiæ Regem comiter habuit, non minus eo se hominem æstimans, Regibus enim ferme ut reliquis hominibus fortuna aspera mox eadem amica. *Imo vulgo ex mediocritate pauciora pericula sunt.* Facilius magnam domum magna quàm parvam æqualis affligit calamitas.

O Regnorum magnis fallax  
fortuna bonis, in Præcipiti  
dubioque nimis excelsa locas.  
Nunquam placidam sceptrâ quietem  
Certumvè sui tenuère diem.

II,

Ut autem firmissimum cujusvis Imperii fundamentum Virtus habetur, ita varia Regentum vitia pestem atque interitum eorum esse credibile est, adeo ut non ad Climactericum quendam magnum aut Ægyptiorum Androdem recurrendum sit. Habemus hic certiores numeros illis Platoniceis, quos si implerit, firmissimum immotumque manebit caput Imperii, sin minus, corruet. Singulæ namque virtutes singuli numeri esse videntur, in quibus quidem diversa ab illis ratio locum habet: illa namque annorum

F 3

series

Barclaj. in Icon. Anim. c. XIII.

Senec. Tragic. in Thebaid. Act. IV. it. Sallust. idem ferme in bello Jugurt. Lib. Lib. 28.

Judic. I. 6. 6.

Justin. L. i. c. 7

Tacit. Annal. XIV. 60.

Senec. Tragic. in Agamemnon. Act. I.

Singula vitia Imperitantiū singuli ad interitum gradus sunt, hoc monstratum in literarum neglectum prohibet Imperat. Justinianus.



series completa exitum vel certe mutationem importat, hæc concatenata virtutes simul omnes probè absolutæ firmiter continent imperium. Vicia paulum contemplantur, quæ in capite orta totum corpus debilitant. *Ut enim in corporibus sic in Imperio gravissimus est morbus qui à capite diffunditur.* Hæc est conditio Principum, ut quicquid faciant præcipere videantur, adeo ut censuræ locum sustineat vita eorum: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur subditi, eodem ferme modo quo umbra ad stilum in horologio præfixum.

Plin. L. 4. Ep. 22.

Senec. Tragic. in Thyest. act. II. Tacit. Annal. III. 55.

Hist. I. 16. Annal. XV. 14

Limnau in not. ad Jus Public. Otthonis. c. VIII. p. 14.

in Bonifacio II

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Obsequium enim in illum & æmulandi amor validiora quàm pœna ex legibus & metus. Si Deum negligat summum illud caput, pessimus quisque ne cogitet quidem Divina, hi verò potissimum, qui æmulandi amore flagrant. Ebrietati, luxuriæ, Libidini & omnis generis vitiis si studeat ille, omnes eo inclinabunt. Nero à pessimo quoque semper desideratur, imò & à bonis. Est enim natura vulgus cupiens voluptatum, & si eodem Princeps trahat, latum. Adeo illi exemplum & rectores simul sunt, ut præceptorum ad instar malas actiones infundant hominibus. Hoc malum omnibus in universum Magnatum delictis commune est, ut vulgus infestent ac velut extimum cœlorum reliquos orbis, secum rapiant. Atque hic primus nocendi gradus est per exemplum, cui deinde alii adherent cuius vitio proprii, quos brevi enumeratione videbimus. Literatum qui laudant Principem, Justinianum producant, qui hoc modo instituta sua orditur, *Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam sed etiam Legibus oportet esse armatam &c.* quod improbant quidam in dubium vocant an literis operam dederit unquam Justinianus, nec plane indoctus fuerit? Quod quidem fallit sinistrum de illo iudicium, namque præter hoc, quod in §. 6. ejusdem proœmii fatetur, se traditas sibi institutiones & legisse & recognovisse, Platina de illo perhibet, quod non modo magni ingenii magnæque doctrinæ fuerit, sed & memorat quosdam qui scriptam eleganter ab eo incarnationem Domini tradiderint. Adeo ille exemplo suo juxta ac præcepto demonstratum dat, utilem non modo esse literarum peritiam, sed & necessariam tum eò, ut utrumque tempus & belli & pacis rectè gubernari possit. Ibi enim  
neceffe



necesse est ut Imperator juris sit religiosissimus, nisi illud cum interitu Reipublicæ suppressere velit, cujus ipse imperitus gubernator, tum quoque ne cum suimet ipsius damno negligat literarum studium, per quod vitam suam conservasse Jacobus Rex magnæ Britannia traditur.

Otto in Jur Public. c. VIII

III.

Intemperantia ponè sequatur, quæ ut in omnis generis voluptatibus consistit, ita varias pestes ac diversos interitus post se trahit. Plures voluptas perdidit quàm crudelitas, inquit Bodinus; illa namque non ad odium modo sed & ad contemptum excitantur subditi, quæ duo fugienda Principi esse, omnes sudent Politici, & prolixè cum primis Machiavellus in Principe suo. Repetira hic quoque exempla supra adducta idem demonstrant, Alexandri M. qui quod luxu Persico diffluebat, favorem suum imminutum vidit: Sardanapali, Caligulæ, Xerxis, Tiberii, Vitellii & aliorum, quos hæc consumsit gangræna. Hi omnes simul avari existere de quibus Præstantissimus Politicæ Prudentiæ Sallustius enunciat; illis fidem, decus, pietatem, postremo honesta omnia ac inhonestam quæstui esse. Et est omnino ita, illa namque Luxuria & avaritia cognata inter se ita, ut licet diversa esse videantur vitia, aliud tamen semper aliud gignat, quod eleganter deducit Clarissimus Buchnerus in dictatis ad Livii proœmium. Avaritiæ arrogantia adhaeret, utrumque præcipuum validorum vitium, deinde & fraus, injustitia, quæ in potentiâ junctæ in vim & rapinas degenerant: Luxuriæ comites sunt petulantia, lascivia, temeritas & quæ novissima est, inopia. Hæ conglomeratæ pestes omnia magna Imperia everterunt, imo Maximum illud Romanum, quod diu non orbis terrarum neque cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere potuissent. Qui Principem non pessumdarent, qui bis die ventrem oneret, nullam noctem sine scorto quiescat, adeoque animum quem domari decebat, servitio opprimat. Animo per libidines corrupto nihil honestum inesse, Tacitus docet; quod verò honestum non est, turpe est, quod turpe, nemo bonus amplectitur, ita nec Princeps bonus animum suum hoc facile tinget colore, nec subditi boni unquam talem diligunt Rectorem. Communis interitus omnium magnorum odium est illorum qui parent, quod abunde demonstratum negli-

Idem interitus ex intemperantia & ei adhaerenti vitio fluat.

L. IV. de Repl. c. I. c. XIX. Curt. L. 5. 6. 7

in Jurgurib. p. 96.

Salust in Orat. I. ad Cesar.

Annal. XI. 37





negligimus, alia vero adducimus, huic vitio per affinitatem quan-  
dam connexa; varias ac promiscuas cœdes & pessimos exitus. Cam-  
byses sororem occidit, quam in uxorem duxerat, Augusto exinde  
periculum à consiliario suo demonstratum. Tiberius libidinum  
pudore homines reliquit, & conscientiae stimulos persensit, quis  
turpius Nerone vitam finivit, qui eâ morte periit quâ bestiae solent,  
quæque vitæ peractæ non absimilis esset.

IV.

*Nec non è cru-  
delitate, quod  
exempla superi-  
us adducta de-  
clarant. Nota-  
tur præterea  
semeritas sub-  
ditorum Regen-  
ses damnanti-  
um.*

*Tac. Agric. 32,  
Cic. II. Offic.  
Senec. Tragic.  
in Herc Furen-  
te. Act. II.*

*Tact. Annal.  
X. 6.*

Sævitiâ ultimo jam loco considerabimus, quæ uti clemen-  
tia sui amorem ita hæc metum ac terrorem adfectat. *Hæc verò infir-  
ma admodum charitatis vincula, & ubi removeris illa qui timere desierint,  
disse incipient. Nulla vis Imperii tanta est, quæ premente metu possit esse  
diuturna, fides enim frangitur, perit auctoritas superioris, imo to-  
rum Imperium evertitur,*

Prona est timori semper in pejus fides.

Majus periculum imminet illi quem metuunt, quàm his qui  
metuunt, hi ad quem vis motum tremiscunt, ac si instet, tentant.  
Vulgi ingenium mobile, seditiosum, cupidum novarum rerum,  
ex quavis mutatione meliorem sperans fortunam. Fortuita quo-  
que aut externa ad culpam trahit, & in aliam plane sententiam  
torquet amicas quoque cogitationes. Hinc non raro seditionibus  
jugum excussum & metum exuentes imperium simul deposuerunt.  
Adeo non moesti Tiberii super obitum cives & amici quoque ejus,  
ut potius interclusâ animâ mortem ejus juvarent. Quoties mi-  
lites ab eo defecerunt? quoties amicissimi quoque eum derelinque-  
runt? Militum defectione anxius Nero in fugam conjectus est,  
utque persequentibus eum non vivus offerretur, necem sponte  
sum sit lacerato jugulo. Domitiani crudelitas cubicularios quo-  
que ejus in conspirationem egit, qui septem vulneribus intereme-  
runt illum, adeo qui nimis volebat metui, nihil metuebatur.  
*Quapropter hostes apud, quàm inter populares metum quærere tutius est,  
his enim à naturâ quasi summa potestas unius formidolosa est, &  
sæpius bonos alias atque clementes, tamen quia malis esse licet,  
timere solent. His ita ductus quis facile conjecturam faciat, sin-  
gula hæc vitia singulas foveas esse, quas si offendat Princeps hauri-  
atur ab illis. Et si præprimis introitum perpendat, nonnullos  
ambitione ac auri cupidine omnium malorum causis ductos in-*

Impe-



Imperium se quasi intrusos inveniet, quorum supra permultos vidimus: hos præcipiti gradu relabi, & citius quàm creverant evanescere videbit, plurimos neglectis veris bonis, quæ in virtutibus sita, vitiis deditos latum exemplorum spatium subditis præbentes, adeoque sibi met ipsis in gloriam quærentes exitium. Observabit præterea permultis regnantium ab ipsis subditis insidias strui iis non nocentibus modo, sed & innocentibus quibusdam, quoniam *gloria & virtus insensos habent*. Quod pro dolor & hodie inveteravit, & quod nunc exemplo tuemur intra exempla erit, adeo ut *& alii quiescendo commune crimen faciant*. quod detestandum, quam maximè tanquam nobismet ipsis noxium, in quos recedit quicquid illis intentatur. *Princeps enim quivis ita natus ut bona malaque ejus ad Rempublicam pertineant*. Adeo & nocentes damnare absit à nobis, quibus obsequii gloria relicta est. Vel enim videtur habere vel *habet revera aliquid ex iniquo omne magnum exemplum*, quod tamen erga singulos utilitate publicâ rependitur. Quemadmodum autem *Regum alias hæc est conditio ut casus adversos hominibus tribuant secundos fortune sue*, ita nos contra secundas res illis tribuamus, si verò adversa eveniant fatum cogitemus ac iram Dei, meritaque nostra cum pænis conferamus. Optima medela est patientiâ vincere atque *dominantium duriciem tolerare uti sterilitatem aut nimios imbres ac cætera nature mala solemus*. Vicia erunt donec homines, verum neque hæc continua, sed meliorum interventu pensantur.

Annal. IV. 33.

XI. 24.

Hist. I. 30.

Annal. IV. 8.

Annal. IV. 44.

Nep. in Datame.

Hist. IV. 74.

## V.

Quod vero & bonorum & malorum alii felici ac diuturno alii contra brevi atque in gloriâ perfunguntur Imperio, id Dei Optimi Maximi cura est ac rerum mortalium instabilitas, quem circumculum transilire nemo poterit. Quicquid patimur, ex alto venit, nec quicquam spondere sibi potest mortale genus firmum ac stabile. Id certum est, circa maxima quàm maximè tonare fortunæ tonitrua,

Pectora pauper secura gerit.  
Feriunt celsos fulmina colles:  
Corpora morbis majora patent.

G

Conclusio enar-

rat causas, quæ

promiscue &amp;

Optimi &amp; Pes-

simi appropre-

rant interitum,

ille sunt Fatu

Theologicum &amp;

rerum huma-

rum instabili-

tas.

Senec. Trag. in

Herc. Oreo.

Nec in Agamem.



Nec possunt aut debent palam esse hujus causæ: has enim oc-  
cultat Deus, ac sub diversâ specie offert. Tantum abest ut illas inve-  
stigemus, ut potius nostrarum rerum privatas vices intactas relin-  
quere cogamur. Tibi O Æterne Deus omnium Regnatori hæc  
notissima sunt: Tu initia rerum idemque novissima disponis: No-  
*Senec. Ep. 89°* bis de his credere non scire velle convenit. *Plus scire velle quàm  
satis sit est intemperantiæ genus.* Abrumpimus itaque hic filum, at-  
que illâ modestiâ, quâ in his exemplis enarrandis usi sumus, freti,  
indubitata nitimur spe, fore ut nemo unus bonorum ac cordato-  
rum virorum in sequiorem mentem ea rapiat, quæ à nobis candi-  
dè & absque præjudicio ac studio partium allata sunt. Quod si  
alicubi neque omnia planè ac plenè exsecuti videbimur, neque in  
iis quæ produximus omnes ingenii judicii que nervos intendisse,  
veniam precamur omissorum, veniam commissorum. Quisque  
suos patimur manes, & uti nemo repente fit sapiens, sed in omni  
negocio longè semper à perfecto fuere exordia, ita Juventuti cum pri-  
*Senec. L. VI.  
Natural. quest  
id. L. III. de Be-  
nef. c. 34.* mis initia sua & incrementa concedenda sunt. *Multum inter pri-  
ma ac maxima interest. Nec ideo prima maximorum instar sunt,  
quia sine primis maxima esse non  
possunt.*

GLORIA DOMINO!



AD ERUDITISSIMUM Dn. REUSNERUM,

Ideam Boni Principis in Disputatione  
proponentem.

ELEGIDIUM.

**N**on dubia est ITHACI prudentia; Carmine NASO  
Inquit Ulyssæum nomen ad astra vehens.  
Non dubium est studium REUSNERI exinde SIBERUS  
Colligit, ô Clarii portio fida Chori.

Cara etenim vanis vix perdis tempora rebus,  
Deside nec turpem pectore MURCIAM amas.  
Nec quoq; langventis langvens stas MYSTA VACUNÆ,  
Nec CYPRIÆ aut BACCHO Diis placuisse cupis.

Sed studiis REUSNERE tuis sacer esq;ve manesq;ve,  
Statq;ve Tibi quâvis(\*) linea ducta die.

PIERIS alma tuum purgavit fonte cerebrum  
Quem fecit pedibus BELLEROPHONTIS equus.  
Est specimen quicquid VERO de PRINCIPLE scriptum  
Proponis doctis pensiculare viris.

(\*) Quod de  
Apelle circum-  
fertur notis-  
simum est.

O te felicem REUSNERE, cui ampla supellex  
Contigit ex PHOEBI MERCURII-ve bonis!  
Quid PATER hoc cernens? lacrumis ridebit obortis,  
Et dicet: scriptum comprobo NATE tuum,  
Quid PHOEBI CHARITUMq; potens BUCHNERUS ad illud?  
(Auguro hæc tanti verbula pace viri)

Ille verè tuum MUSÆ, REUSNERE, cerebrum?  
Usq;ve adeo in scripto dulcia mella sapit.  
Verbo LEUCOREUM tibi quid, REUSNERE, virtutum?  
Nescit tam cultis Laurea secta comis!

*Ia adfectum  
effatu  
Justus Siberus.  
Einbecc.*

F I N I S,



AD ERUDITISSIMUM D. REISSNERUM

Idem Boni Principis in Disputatione

ELIUDIM

On dabitur illi tractat presbiteria; Carmine Nam  
Inquit Ilythum nomen ad illis ythum  
Non dubium est hunc in hunc exinde sicut  
Colligitur in Clavis perinde sicut

Caractere in variis perinde temporibus  
Dabitur nec quoniam pectore Marciam eras

Neque quod; longevitas hunc hunc Milla Vacant  
Sed hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Stare hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Pars hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Quem hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Proposita hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Oscillum hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Contra hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Quid hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Quid hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

(Augur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc)  
Hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Uspve hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Verbo hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Ne hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Et dicitur hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc

Johannes Sibirius  
Emendat













Leipzig, Diss.; 1650-51

ULB Halle 3  
004 547 292



f

sb.


WMA











302.

218.

28.  
781

1651, 14

11  
25

Q. D. B. U.  
**IDEAM BONI**

**PRINCIPIS**

IN ILLUSTRIS ACADEMIA LIPSIENSI,  
PRÆSIDE

VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
**Dn. JOHANNES STRAUCHIO**  
Latinæ Lingvæ & Historiarum Professore celeberrimo,  
Collegii Principum Majoris Collegiati  
& p. t. Præposito Dignissimo, Præceptore  
Maximo,

*EXAMINI SISTIT PUBLICO*  
**JOHANNES JEREMIAS REUSNERUS,**

Wittenb. Saxo.  
*In Auditorio Philosophorum majori.*

Die VII. Junii.  
*Horis matutinis.*

*Anno Domini M. DC. LI.*

Typis Hæredum Timothei Hönnii.

